

25


LIBRARY

Scrutini

Pe. Ms.

1438

No A
2 - 213



28. J. 6-6

~~25~~

Museum F. J. J. J. J.	
A	
Sala	A
Tabla	2
Tabla	213



6-123

N^o 297 - A_o

P

O

Pe

Na

xu

D.

R. 1644

ATHANASII KIRCHERI

è Soc. JESU

SCRUTINIUM

PHYSICO-MEDICUM

CONTAGIOSÆ LUIS,

quæ dicitur

PESTIS,

2^{vo}

Origo, Causæ, signa, prognostica

Pestis nec non insolentes Malignantis
Naturæ effectus, qui statis temporibus, Coelestium influ-
xuum virtute & efficacia tum in elementis tum in epide-
miis hominum animantiumq; morbis elucescunt,

una cum appropriatis remediorum

Antidotis

NOVA DOCTRINA

in lucem eruuntur.

Cum,

P R Æ F A T I O N E

D. CHRISTIANI LANGII

Professoris Medic. in Acad. Lipsiensi Publ.

Et absolutissimo Indice,

Annexoque tractatu ejusdem

DE THERMIS CAROLINIS.

L I P S I Æ,

Sumptibus Hæred. SCHUREMANOR & JOH. FRITZSCHII

Typis JOHANNIS BAUERI, M. DC. LXXI.



1211. 2



D



cor
di
mo
dia
dog
au
qu
secr
gift
dun
pat



D. CHRISTIANUS LANGE,

Facult. Med. in Almâ Lipsiensi Senior, &
Patholog. Profes. Publicus

Sublimioris Medicinæ Consecraneis
atque
Abstrusioris Physices Scrutatoribus

Prosperitatem, adfectum, Studia officiosô animô
defert.

Magni utiqve interest, quò limite seu quibus gradi-
bus Bonæ Mentis Alumni ad ipsum sapientiæ
culmen adscendere, aut cujus methodi præsidio ad-
miniculoq; ad veræ eruditionis possessionem pedes
ponere annitantur. Nostis videlicet, quàm in præ-
cordiis semper displicuerint nobis Physico-latricæ disciplina ad-
dicti, qui non nisi ex commentariis sapere, & rerum naturalium
morborumq; ac medelarum causas essentiasq; in socor-
diam Veterum subscribendi placitis proni, ex confragoso saltim
dogmate cognoscere juxtâ ac tradere discipulis, hoc est, meris
auctoritatibus strangulare veritatem & vigorem ingeniorum,
quæ tamen sedulo semper aptanda magnis, & ad eminentiores
secretioris doctrinæ indagines manuducenda, sub inani hæc Ma-
gistrorum verbis consentiendi umbra, delere non verentur. Atq;
dum ventosâ hæc autoritatis opinione trabuntur illi, ac veluti ju-
rata Autorem mancipia mordicè se suosq; constituunt, ma-

P R Æ F A T I O.

gnam certè ipsis Majoribus injuriam faciunt, quum nec Hippocrati, nec Galeno, aut Aristoteli, aliisque scientiarum naturalium Proceribus, quorum incomparabilia merita perennibus præconiis nemo saniorum fraudabit, in mentem venerit unquam, eà intentione monumenta sua posteris consecrare, ac si his statim contenti esse, & in iisdem acquiescere penitus necessum haberent: sed potius ut parilem indagandi & plus ultra tendendi, de quò aliqvid etiam proferendi conatum præstare recedarentur. Ut enim Antecessores nostri inventiones suas, easque limatissimas inventis Priorum addere, & quæ obscura seu impedita ipsis videbantur, doctissimis notis pro virili illustrare affatim allaborarunt; sic & nobis incumbit, bonorum Autorum pulcherrima simulacra & inventa sapientia ita venerari, ut inventores adæmum tanquam multorum hereditatem, & cordatos hòc modò agamus patres familiàs, qui facere semper ampliora, quæ acceperunt, & majorem istam hereditatem à se ad posteros derivare student; Ut, dico, eos, qui tot illustribus suæ industriae exemplis præcesserunt, non tanquam Dominos nostros, sed Duces advertamus cum Senecà reputantes, multum adhuc operis restare, plurimumque semper restiturum nec ulli nato post mille sæcula occasionem aliqvid adjiciendi insuper iri præclusum. Atque hoc ipsum sic commentandi opportunam nobis occasionem nunc subministrat ATHANASIUS KIRCHERUS, Vir reconditiore eruditione per universum Europæ ambitum celeberrimus, ejusque Scrutinium Physico-Medicum de PESTE præteritò semestri Romæ in lucem editum, excelsi ingenii certè monumentum & immortalis famæ dignissimum, quod propterea etiam, ne

Com-

Com
cyus
rois
voto
præse
rante
rit fa
cunct
Lect
bilior
tium
tiam
vestr
ita v
sisto e
prof
tran
nuat
facile
oris
RUM
mini
quod
tis.
mus
densi
flabr

PRÆFATIO.

Communi Bono effectissimè profuturum diu lateret, sed quanto-
 cyùs hic typis recuderetur, gratiosa Illustrissimi cujusdam He-
 rois benivolentia fidei meæ concredidit. Jussa igitur ut mihi de-
 voto cum obsequiò capessere fas fuit, ita confido etiam his ausis,
 præsertim causà amoreq; Usus publici, cui omnia debemus, pero-
 rante jam laudatum Autorem, si fortè politissimum adspexe-
 rit foetum suum Lipsiensi are renatum, eà quâ præstantissimè erga
 cunctos pollet humanitate, veniam daturum. Sed ad Vos redeo,
 Lectissimi Artis Nostræ Filii, quorum in hac Academià no-
 bilioris, hoc est, spagyricæ Medicinæ per discenda causà degen-
 tium numerus quadringenarium quum superet, eò majori e-
 tiam cum alacritate (prout excitat semper frequentia studium)
 vestri emolumentum cupidissimum in præsentem ostendere, ac vestris
 ita velificari commodis allubuit. Vobis, inquam, luculentum hic
 sisto exemplum ac veluti normam, in d' vris coloribus expressam
 profundioris rerum investigationis imaginem, quam si non
 transeunte, quod dicitur, sed intentò perlustrare oculò non re-
 nuatis, polliceor Vobis ad adyta Naturæ & Artis aditum tam
 facilem quàm indubitatum. Hoc tramite si postmodum arcani-
 oris doctrinæ sacrarium feliciter occupaveritis, & KIRCHE-
 RUM esse errantibus Phycis Medicisq; natum non diffitebi-
 mini mecum, & serio mentis affectu ponderabitis imposterum,
 quod Vobis deest, neq; acquisita, sed acquirenda semper cogitabi-
 tis. Ast videamus paulisper, quâ contentione & curâ Acutissi-
 mus Autor ignotæ hæctenus Malignitatis Contagionisq; ve-
 densissimam caliginem discussit. Non inanisane Autoritatum
 slabro aut futili occultarum qualitatum admiratione, quâ

PRÆFATIO,

turpiter nobilissima veritatis notitia potius fœdatur & scrutandi impetus notoriè corrumpitur, sed admotò cum primis Natura Phœbò ac lumine, quòd abditissimis etiam rerum penetralibus adeò desideratum splendorem affert, & tenebricosos obscuritatum anfractus ita illuminat, ut intima principia & seminales proprietates, radicalesq; & in centrò absconditas effectuum stupendorum causas Lucis hoc fulgore stipatus ex animi sententiâ cognoscere queat. Sic fecit KIRCHERUS, & tantum acri investigatione, hoc est, tam summo & ab omni laude felicissimò, quò gaudet, ingenii acumine, quam armatò crySTALLINIS artificii oculò profecit, ut genuinam indolem & seminalem radicalem malignitatis pestiferiq; contagii, cujus hucusq; incognita & obscura fuit, causam liquidò atq; firmissimis rationum in oculos incurventium argumentis deductam nemo non in explorato nunc habere possit. Forsan expectatis, ut Basilicæ hujus doctrine summam in antecessum edisserere jam aggrediar? Quamvis haec non levis opus sit, ut desiderium hoc vestrum operose expediam, quòd cum exactissimò ordine cuncta disposita & dilucidò docendi modò in tractatu ipsò omnia sic exposita, prætereaq; accuratò indice significata existant, ut primò statim intuitu cujusvis sententiæ medulla vel manu palpare queatis nihilò tamen minùs succinctè gratulabor Vobis: Nimirum Pestem ab excellenti putredine oriundam reverà animatam asseverat Autor, ita ut hæc nihil aliud sit, quam innumerabilium vermiculorum atq; animalicorum ad instar insensibilium effluxus, cujus mediò tantumquam per fomitem luis concepta seminaria non in disitis simas locis, sed etiam in prælongos temporum tractus, vestime-

torum

torum
 suum
 rebu
 disim
 ipse
 rum
 xilio
 ptura
 claru
 com
 His i
 trans
 mitte
 tantu
 sextò
 cepiss
 judic
 simu
 sumà
 etian
 Heru
 Hinc
 defu
 appo
 ne in
 suq;
 puta

torum, linteaminum, iisq; consimilium fibris altius impacta
 (summè etenim glutinosam habent visciditatem, quâ facillimè
 rebus hisce adhaerescunt) genituram suam propagant. Taceo fi-
 dissima experimenta, quæ in multis putredinum generibus &
 ipse Autor & Medici Chirurgiq; alii abundè fecerunt, quo-
 rum testimonia innumeris minutissimisq;, & non nisi vitreo au-
 xilio seu microscopio visibilibus scateretumorum bubonumq; ru-
 pturas vermiculis unanimi pronunciato conspirant, veluti id
 clarius Vobis integras singulasq; pagellas nunquam satis
 commendandi hujus operis studiosè evoluturis innotescet.
 His ita perfunctoriè prælibatis (prolixè enim hoc tbema arbi-
 trandi votum nunc charta stringit angustia) silentio haud trans-
 mittendum censeo, hanc ipsam sic sentiendi, & sub scutò id dicti-
 tantis Naturæ philosophandi edecumatam utilitatem, Tertius à
 sextò volvi nunc incipit annus, pectoris sui scrinio doctè con-
 cepisse D. Augustum Hauptmannum, Chymiatrum in di-
 judicandis inveniendisq; arcanis ut sagacissimū ita felicis-
 simum, quem per hosce tres & viginti annos intimâ & sœva vis-
 simâ familiaritate ut mihi junxit indefessus Chymix cultus, ita
 etiam sanctum hætenus nobis & solemne fuit, omnes labores
 Hermeticos, atq; hinc nata secreta invicem communia habere.
 Hinc factum utiq; vos conjicere poteritis, Augustum Orestem
 desubitò augustam hanc suam de vivâ Mortis imagine (ecce
 appositisimum titulum!) meditationem candidâ communicatio-
 ne in sinum meum contulisse, quâ minimè è trivio ortam applau-
 suq; oppidò dignam tunc protinùs agnoscens cunctis accuratè per-
 putatis in hanc quoq; sententiam me non recipere non potui. De

PRÆFATIO.

*minutissimò seminis granò nunquam ambigere laboriosus sole
 Agricola, id ipsum, modò fœcundum occupaverit solum, virium
 suarum præstantiam quamprimum egregiis modis explicatu
 rum, atq; paulò post in maxima diffusum iri incrementa; parili
 ter jactò sic cogitandi primordiò insicias ire neq; veo, mox exoptat
 augmina hanc apud me Philosophiam cepisse, dum tactò me
 cum scrutinio insignem hujus rei dignitatem nunquam non aesti
 mare, atq; profundiori cogitatu eandem assiduò magis extollere
 quoniam imò & cum fortunatissimo in Medicinâ faciundâ successu
 h. e. ex votò recuperatâ quàm plurimorum gravissimè decum
 bentium salute in usum traducere non susq; deq; habui. Verùm
 cum in Arte nostrâ ardui potissimum momenti sint exempli
 (semper etenim minus præcepta profunt) quorum normâ noi
 magis carere quimus, quàm suâ cynosurâ Nauta idèò hâc etiam
 pergere viâ & sic ad finem properare conabor. Et cui nostrum
 ignota est dira & plusquam pestilens, totq; familiis funesta illi
 puerperarum furia, Purpura, quæ quantum negotiû hætenus
 facefferit Practicis, & quantopere anxiam eorum, utut etiam
 Bezoardica & pretiosissima cordialia Pilarum (mox lugubre
 campanarum sonitus ominantium) officiosus tinnitus præpara
 ret, eluserit sollicitudinem, tot tristes eventus eloquantur & to
 miserabiles pullatarum cunarum, maternaq; pietate orbarum
 vagitus testificentur. Cum ergò irritò ut plurimum conatu ope
 ram sic contererent Medicorum etiam famigeratissimi, lon
 gè alio circa hujus mali atrociam expugnandam passu nobis ince
 dendum, unâ cum Excellentissimo Hauptmanno persensit, in
 memoriam actutum mihi revocans, morbum aliter tolli non*

posse

PRÆFATIO.

posse, quàm remotâ ejus immediata seu proximâ causâ: Hanc tamen quomodo profligabit quispiam & adpropriata remedia adhibebit, nisi genuinam indolem, nidum, & penetrabilia istius habeat perspectissima: Ergo ad recens concepta sententia speculum mentis oculos aedens conclusi, Purpura principalem & proximam causam esse exiviam lochiorum, sive jam ante puerperium corruptorum, post exantlatum nixum p. n. retentorum, putrefactionem in verminosam miasmata beneficio smicroscopii per totâ cutis superficie magnâ tunc asperitate horridam satis conspicua animatam. Habetis hic infallibile per quàm malignantis purpura exordium & siejusdem progressus unâ cum tam subitanea ferocientium symptomatum genesi scire discupitis, sine morâ pariter hic quoque me Vobis prestabo promissum. Extra omnem verò dubitationis aleam positum est, putredinem & fermentationem, seu incendium maligni fermenti individuò sodalitio invicem combinari: stante hac basi assero, per insignem istam corrupta materiae fermentationem (quæ juxta Helmontii mentem est Archei irritati & quasi ad furorem redacti contra dictas impuritates accerrima lucta) quâ Natura id, quod malignum & impurum est, à benigno & puro cum veementiâ quadam segregare intendit, necessario confertim elevari animatarum fuliginum turmas, quæ partim præcordia occupantes malignitate suâ exquisitissimâ ineffabiles angores ad mortis usque necessitatem sævientes, partim ad caput ruentes infandos cruciatus aut deliria pariunt, partim ad circumferentiam corporis dispersa rigidam & quasi scabiosam cutis inæqualitatem fabricant. Ne verò sic præteream pede, quod potiozem facere paginam videtur, hæc paucula

PRAEFATIO.

quos de ratione medendi purpuræ adjungo. Postquam enim bezoardica, diaphoretica, cordialia, aut confortantia quævis, vulgò sic dicta, incassum penitus adhiberentur, ad præcipitantia seu astum morbificæ fermentationis potenter extinguentia & vermium putridam pullulaginem peculiari virtute enecantia, radicitusq; mortificantia confugere decrevi, commiscendo alia naturæ amica, item singularia s. magnetica Bezoardica, juxta iis, quæ retenta potissimum lochia innocenti robore propulsare valerent, Ineffabilis efficacie, quam in desperatissimis etiam Casibus exhibuerunt, & quid vel sola potione nostra, quam Nectar Panchrestum appellamus, toties præstiterimus, præconia non addo, sic jubente modestia, quæ laudem in suo cuiusq; ore vel calamo sordescere monet. Ex prædictis itaq; collectione non difficili subsumere poteritis eandem morborum causas & medelas computandi prudentiam valere in morbillis, Variolis, febribus petechialibus vel alio modo signatis, quam si presso gressu insequemini olim, à feliciter curandi orbita non aberrabitis. Quid quod omnes singulosq; morbos, qui à præstabili putredine & suspecta humorum vitiosorum fermentatione scaturiginem suam adipiscuntur, juxta susceptæ analogiæ amussim esse animatam seu undiq; verminosam progeniem intrepidè insuper statuamus, minime nos fallente nimirum prosperæ tunc curationis successu; sicuti namq; v.g. Cephalalgias contumaces, Pleuritides intolerabili dolore comitatas, rosiones stomachi & intestinorum (quas verminationes hinc quadranter admodum nuncupant elegantioris litteraturæ antesignani) convulsiones epilepticas, torturas arthriticas & hujus farinae consimilia pathemata ab exhalationibus & effluviis animatis, quæ tanquam eximie viscida nervosis membranosisq; partibus facillimè adherentes eas crudelissimis punctationibus aut morsionibus perpetim vellicando lancinandoq; afficiunt, oriri affirmamus, ita etiam datis iis, quæ vermibus specificè infesta sunt, & quæ robustam præcipitandi vim habent, omnis dolor è corpore fugit. Verùm brevi Pathologiam animatam in lucem missurus pariterq; memor parce de arcanis non rudi cerebro sed ingenio tractandis loquendum, (ne fiant plebeculæ ludus & Chymiatri hujus lubrica) solum abrumpo, Benivolum Lectorem, quisquis is sit, reverenter rogans, ut æqui consulat de verba ad verbum exscriptum Scrutinii hujus Kirch. de Peste exemplum. B.V.

SAN.



SANCTISSIMO D.N.

ALEXANDRO SEPTIMO
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

Felicitatem precatur

ATHANASIUS KIRCHERUS.

PERICLITANTEM Romam restituisi, BEATIS-
SIME PATER; Quid enim aliud cruenta labes
ex imo Pandoræ vase nuper egressa, & in nostrum
finum grassata intentavit, quam extremam Romæ perni-
ciam? Verum, TE MONTIUM CUSTODE, nec Hydra
pestilens, nec ardor Inferorum inde sævientium obesse
nobis potuerunt. Tantum interest illi subesse Principi, cu-
jus sceptrum est Pietas, & clava amor populorum. Hujus
itaq; monstri causas & effecta mihi scrutanti temperare
non potui, quin hoc volumen veluti hostis depulsi tro-
phæum ad tuos Beatissimos pedes deferrem; quanquam e-
nim pro cladis depulsæ magnitudine majora tibi debentur
privatis publicisq; expressa plausibus monumenta; pa-
tietur tamen Sanctitas TUA, pro cognita mihi jam olim
benignitate, & innatâ clementiâ, ut ego quoq; hac victo-
ria fruam, & hanc tabellam ceu meæ gratulationis testimo-
nium appendam VATICANÆ MAJESTATIS ad Tho-
lum quod dum facio, Deum Opt. Max. impensè precor; ut
Apostolici muneris Principatum ad quem natus & dele-
ctus es, tueatur & servet in excurrentis sæculi felicitatem.
E Collegio Romano die 22. Febr. 1658.

PROOEMIUM
AD LECTOREM:

SI veteres unquam appositè cecinere Poëta; Sunt mille hominum sensus, capitum discrimina mille. Id certè hac ætate nostra vel maximè comprobatum videmus, quæ in tanta scripturientium multitudine, uti impotens quidam ingeniorum fervor, vires suas longè latèq; explicat; ita nescio quis eidem sociatus vix ferenda diluxerit pruritus, mirum in modum nonnullorum exagitat corda, non dicam in scrutandis abditis natura miraculis, non in morum rectè formandorum, aut Reipublica ritè administranda ratione, sed in explorandis hominum pectoribus, virtutumq; operibus perperam expendendis; quod sanè ingeniorum ulcus tantò virulentius est, quantò occultioris propaginem somitis, intimis animorum medullis insertam cum infamia labe multorum deducit altius. Explico mentem meam.

Mirabuntur haut dubiè non pauci meum in hujus presentis Opu- sculi editione consilium; istiusmodi extra omnes professionis meæ limi- tes constitutum argumentum fortassis etiam cavillabuntur; cur ex nativa Physiologia statione ad Medicinæ campos transfugam egerim? quærent. Quid hisce respondeam, non habeo, nisi quod olim Gallus à Fele reprehensus, hoc mihi ingenium, hanc insitam mihi affectio- nem esse. Medicus non sum fateor, neq; artis praxin, utpote religionis meæ legibus contrariam unquam exercui, quid tum? An vel ideo mihi vitio vertetur, si ingenii qualemcnq; à DEO Opti- mo Maximo commissam spartam, in omnium nobilissima juxta- atq; abstrusissima Physicæ parte, quam meritò totam sui juris facit latrica facultas, excolenda impigrè impendam? Impendam, expen- dam, pandam, omni dicarum metu proscripito, omnibus Aristarcho- rum obeliscis expunctis, ea potissimum fiducia fretus, futurum, ut argumentum non tam proprii ingenii instinctu, quàm divini honoris,

ac boni

ac b
str
quæ
fitat
divin
emol

ab o
milli
dabi
cessit
litat
illat
num
nem
siri p
sivè
quæ
tidot
siquæ
agita
tur,
quæ
causa
tioni
mest
sitis
dinis
ne m
sum.

ac boni communis obsequii causa, cui jam dudum in literaria palastra me meaque omnia consecravi, susceptum, nec non instantibus quâ Principum virorum, quâ privatorum hominum in tanta necessitate hoc calamitoso luis tempore constitutorum precibus extortum, divina aspirante gratia, in nonnullum afflictis usum cedat conducaturque emolumentum. Sed ut ad propositum nobis thema revertamur,

Anno 1656. Cum Neapolim Urbem populosissimam atrocissima, & ab omnibus seculis inaudita pestis adorta, trecenta ferè hominum millia intra semestris temporis curriculum horrenda sanè & formidabili strage confecisset, nescio quo fato, aut inconsulta commercii necessitudine acciderit, ut Roma eodem tempore nonnullam quoque, etsi Neapolitanâ multò mitiorem cladem, ex nescio qua clandestina negotiatione illatis in eam contagiosa luis seminariis, festinuerit, cum qua per annum & amplius consuetata, ulterius hand dubie funeslam propaginem derivasset, nisi ALEXANDRI VII. Sanctissimi Domini nostri pietate, prudentia, atq; incredibili cura & sollicitudine tempestivè suppressa, tandem sevirè desisset. Hoc rerum statu, cum quisque plurima mortis imagine territus, contra tam atrox malum antidota saluti profutura non sine anxietate & sollicitudine quaereret; siquidem pestifera lue correpti, adeò diversis variisque symptomatis exagitabantur, ut omnem penè Medicorum industriam eluisse viderentur, atque adeo inter varias Medicorum consultationes ultro citroque transactas, dum meum quoque quantumvis tenue de vera pestis causa iudicium exquiretur, iubentium voluntati, & justè postulationi, uti diutius ne fragari nefas duxi, ita eodem tempore tam horrido mœste Urbis silentio, atque omni Collegii Romani aditu intercluso sepositis aliquantisper solitis mihi literariis argumentis, in altissimo solitudinis recessu eam, quam jam dudum animo conceperam de pestis origine materiem, impigro quidem, at oportuno labore evolvere conatus sum. Verum enim verò cum sine prævio experimentorum apparatu

id difficile futurum rerer, primò cum Medicis & Chirurgis Nosodochii
 prasidibus, potissimùm cum Julio Placentio Medico peritissimo institu-
 tum meum contuli, tum hunc tum ceteros etiam atqve etiam obtestatus,
 ut qua singularia & exotica in correptis symptomata, aliq̃, scitu digna
 reperirent, studiosa indagine observata, annotataq̃, mihi communicarent,
 quod haud inviti animi obsequio egregiè prestitum. Accesserunt & hisce
 minimè pretereunda consilia Doctoris Jacobi Albani Gibbesii, medica fa-
 cultatis peritia non clari duntaxat, sed & inter paucos hujus temporis
 Philologos Viri singularis. Quibus omnibus ritè tandem inter se cum iis,
 qua in complurium Authorum annotationibus circa varia pestis eventa re-
 pereram, comparatis, hanc presentis opusculi diatriben exorsus, aspirante
 DEO, opinione mea citius perfeci. Ne deniq̃, in materia abstrusissima,
 & apud ipsosmet Medicorum principes Hippocratem & Galenum adbu
 indefinita, propriis ingenii partibus inconsultius favere viderer. Scruti-
 nium hoc Physico-Medicum, qvalecunq̃, tandem illud sit, excellentissimis
 Urbis Medicis (quorum primus fuit Joannes Benedictus Sinibaldus in
 Athenæo Romano Iatrics Professor meritisimus; alter Paulus Zacchias
 Aula Pontificia Medicus Clarissimus; tertius Hieronymus Bardius Theo-
 logia uti & utriusq̃, Medicina eximius Doctor) Viris sanè sapientia, recon-
 ditioris Medicina peritia, librorumq̃, editione Orbi notis, ea qua par est,
 submissione recognoscendum exhibui, quorum sanè benigno censura influxu
 opusculum veluti animatum, exornatumq̃, lucem videre gestiit. In quo,
 si quid bono publico proficuum, hominumq̃, necessitati occurrerit oportu-
 num, DEO Opt. Max. id cum primis adscribi velim, qui uti bonorum omni-
 um fons est & origo, ita gratia sua inciles, cui vult, aperit, cujus proinde
 beneficia recognovisse, est in eum, à quo profluxerunt, omnia refudisse.
 Vale Lector benevole, meamqve in hoc opusculo prestitam opellam æqvi bo-
 niqve consule.

TESTI.

Cel

L Il
 ce
 ro So
 gene
 atqve
 integ
 profi
 fas, it
 do Au
 ac pro
 etè, ba
 inde f
 profes
 bus no

P. A
 du
 ac
 tione p
 sem ma
 quorum
 sima N
 causas,
 ipsis ser
 dis con
 fas ejus
 tenebris
 ris esse

TESTIMONIA

Celeberrimorum Urbis Medicorum, quibus hujus cen-
sura opusculi demandata fuit.

JOANNES BENEDICTUS SINIBALDUS

*in Romano Athenaeo Medicinae practicae Professor
ordinarius.*

Librum hunc, cujus est epigraphe, Scrutinium Physico-Medicum contagiosae luis, exaratum ab Admodum R. P. Athanasio Kirchero Societatis JESU Scriptore, jam dudum in omni penè Scientiarum genere emerito, verèqve Athanasio, vidi, & intento animo perlegi, atque in eo non solum nihil desiderari posse assevero, quod ad pestis integram diagnosin attineat, sed miras insuper atq; inauditas adhuc profiteor contineri doctrinas, uti cæteris omnibus hæctenus inaccessibleas, ita uni viro tanquam Oedipo pervias. Porrò mirari subit, quomodo Author hic Iatricæ facultatis alioquin expertus, quoad praxin saltem ac professionem, de re medicâ valde arduâ, intimeq; abstrusa tam doctè, basilicè, methodicèq; tamq; acroamaticè scripserit, ut mihi proinde fas sit asserere, neminem adhuc nec vetustioris seculi rei medicæ professorem ad pestis ideam proximius calamo collimâsse. Ex ædibus nostris die 15. Augusti. Anno 1657.

PAULUS ZACHIAS Medicus Romanus.

P. Athanasius Kircherus è Societate JESU eminentioris notæ scriptor, jam dudum doctiores omnes ingeniosissimis suis literariis laboribus, in sui admirationem pellexit. In Tractatu verò de Peste, quem summa delectatione perlegi, omnem admirationem superavit: dum enim in alienam messem manum imponit, illam tam doctè, tamqve prudenter exagitat, ut iis ipsis, quorum illa messis est propria, palmam omnibus surripuerit. Nam in penitissimâ Naturæ penetralia sese insinuans, non vulgares & ex trivio petitas rerum causas, sed abstrusiores aliisque imperferutabiles ac veras ita assecutus est, ut ipsis sensibus nobis consequendas offerat. Quid mirum ergo, si in proponendis contra truculentissimam luem remediis scopum omnem attigerit, qui causas ejus est assecutus. Prodeat itaq; jam in lucem Liber, qui veritatis Lucem tenebris diu obrutam detegit, ut qui ærumnosissimis hominibus tam salutaris esse possit.

HIE-

*HIERONTMUS BARDI, D.T. Jatro-philo-
Euchymicus.*

Scrutinium Physico-Medicum de Peste opus eximium, mole quædam parvum, sed doctrinæ pondere maximum omniscii & per universum terrarum Orbem famigeratissimi P. Athanasii Kircheri à Societate JESU, de mandato Sacri Palatii Apostolici Magistri Reverendissimi sedulâ diligentia perlegendo degustavi, & in eo nihil reperi censurâ, neque civili, neque morali, neque Ecclesiasticâ corrigendum; sed cum sit abstrusissimis, & prorsus reconditis animadversionibus & experimentis condecoratum, & pro averruncanda peste maximè proficuum & pernecessarium, ideò prælo quàm primùm subjiçiat, ut ab Authore licet Sacerdote Theologo, in hoc etiam Ranutium Episcopum Arausiensem, regimen contra pestilentiam & Epidemiam conscribentem, & typis impressum imitantem, dignè gloria, & à legentibus summa utilitas præoccupetur. Ex meo Mssæo 9. Junii 1657.

*GOSVVINUS NICKEL, Societatis JESU
Præpositus Generalis.*

Cum Tractatum de Peste à P. Athanasio Kirchero nostræ Societatis Sacerdote conscriptum, aliquot ejusdem Societatis Religiosorum nec non insignes quidam Medicinæ Doctores recognoverint, & lucem edi posse censuerint, potestatem facimus, ut typis mandetur si ita iis, ad quos pertinet, videbitur, cujus rei gratia has literas nostras subscriptas, sigilloque nostro munitas damus Romæ. I. Novembris 1657.

Gosvvinus Nickel

Imprimatur. Si videbitur Reverendiss. Patri
S. P. A. Magistro,

M. A. Episc. Hierapol. Vicefg.

Imprimatur.

E. Raymundus Capisuccus S. P. A. Magister Ord. Præd.

SCRU



P



volun
depra
lira b
lum on
inquit

specu
Mort



SCRUTINIUM

PHYSICO-MEDICI

Contagiosæ luis:

PESTIS ^{Qua} vulgò dicitur.

SECTIO I.

De origine, causis, & effectibus
Pestis.

CAPUT I.

*Pestis est flagellum & sagitta DEI ob peccata
hominibus immissa.*



HUMANUM genus originalis peccati contagione
pollutum, uti protinus vel à teneris unguiculis in se
malorum aliorum vim, veluti à Protoplasto com-
missi sceleris quasdam reliquias sensit; ita à divino-
rum mandatorum tramite, insita quadam pravita-
te declinans, in omnia vitiorum genera ultronea
voluntate se precipitavit, vel ipso Deo ad tantam humani generis
depravationem ingemiscente. *Videns autem Deus, quòd multa ma-*
litia hominum esset in Terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad ma-
lum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in Terrâ; Delebo,
inquit, hominem, quem creavi à facie terræ.

Genes.

Ascendente itaque intolerabili Mortalium iniquitate in con-
spectum Dei, ita quidem aquarum Cataclysmo omnes disperdidit
Mortales, ut tamen in Noëmi arca novæ generationis humanæ Se-
mina-



ilo-
mole qui
cii & pe
Kircher
gistri Re
o nihil re
icâ; corri
imadver
nda pest
primin
noc etiar
entiam
m, dign
meo Mu

II
r Societ
Religio
int, & l
mandetu
eras man
æ. I. Ni
s Nick

riceff.
CRU

minarium reliquerit. Verum crescente denuò hominum multitudine, & æquo passu malitiâ eorum invalescente, ne prorsus, quos ad imaginem suam condiderat, perderet; alia iis flagella tantò sanè duriora, quântò enormiù delictorum perpetracione divinam misericordiam gravius offenderant, constituit; Quibus à primævis Mundi temporibus in hunc usq; diem iustus Deus non desinit in dorsa peccatorum animadvertere. Si quidem triplici jaculo, si quandoq; à divinitu cultu divinorumq; mandatorum semitis declinantes, peccatis non ferendis se commaculaverunt, adoritur; bello, furoris Domini sagittâ, superba dominatorum terræ colla miserè premit; fame, insatiabilem hominum avaritiam horrendum in modum configit; peste omnium fœdissima lue, fœdam castigat Mortalium luxuriam. Non poterat sanè divina clementia aptius ad emendandos rebellium mortalium animos remedium invenire, hac plurima mortis imagine, vel ipso conceptu formidanda. Quis enim, dum Urbem dente pente huiusmodi calamitate occupatam, luctu mœrentem, plateas omnes cadaverum ruina, horrido nimium spectaculo offusas intuetur, intolerabilem fœtoris eluviem sentit, dum pater filium, filius patrem, mater utrosq; omni auxilio destitutos deserit, dum confusa omnia mœrore, luctu, ejulatu omnia susq; deq; feruntur; non statim divinam scelerum vindicem dextram occulta virtute operantem, quâ terga ferit Mortalium, intelligat? dumq; pestifera Angelis sagitta ex pharetra promitur exitiali lue plena, cœlestis iræ fulmen torquetur, nemine à tantâ immuni plagâ: quisnam tam effrati insensatiq;ve animi est, qui tam funesta rerum Catastrophe non commoveatur? Huiusmodi itaq; inauditas calamitates, dum varia historiarum coacervatione, & præsentis Neapolitanæ & Genuesis Urbis calamitosissimo statu non sine horrore cognoscerem, tantum illa in animo meo pondus obtinuerunt, ut ad commune beneficium nescio quo interno instinctu compulsus, calamum exererem ad ea posteritati tradenda, quæ & pestis naturam proximè enuclearent, & unâ congrua media tam quæ intra naturæ claustra, quam quæ extra ejus naturæ limites, in divinæ voluntatis beneplacito posita sunt, communicarem. Quamvis enim Deus Opt. Max. sua voluntate sua aut Angelorum ministerio eam quam olim David tempore, edidisse sacra oracula nos docent, Mortalium stragem

Tria flagella Dei, quibus Deus peccata hominum puniit.

Horrenda catastropha pestis tempore.

Scopus Anthonis.

cum
darun
lam
turan
terra
libus
hum
ris m
rum
adeo
antic
ra,
mecu
reme
in ta
posse
vi.

N
gras
detu
sit, c
orig
cum
exad
prim
ex M
alter

cum lubuerit, edere possit; ut plurimum tamen hoc tempore secundarum concursu causarum utitur, dum epidemicis hujusmodi calamitatibus premit Orbem terrarum. Et dum vel insensatam naturam in ultionem sui animat, juxta illud, *Et pugnabit pro eo Orbis terrarum contra insensatos.* Certum est, hujusmodi plagas naturalibus causis non carere, quæ veluti divinæ justitiæ ministræ, contra humanum genus insurgunt atque deserviunt, Mundumque innumeris malis involutum exagitant. Quemadmodum verò Sapiens re-
 rum Conditor ita in Mundo bona temperavit malis, ut nullum sit adeo grande malum, cui non suum protinus paratum esse voluerit antidotum, ita in pestifera lue, antidota esse voluit tantò efficaciora, quântò malum violentius ac truculentius est. Hinc sæpius mecum volvi, quanam tantæ plagæ causa esse posset, quæ eidem remedia contraponi, quibus modis contagii viis evitari, ut tandem in tanta Medicorum altercantium confusione aliquid certi statui posset, quod quidem hoc Opusculo oportune fieri posse existimavi. Quod an assecutus sim, erit eruditi & æqui Lectoris dijudicare.

Pestes novæ nulla erant si à DEO immixta, naturalibus tamen causis non carent.

CAPUT II.

De Pests Etymo & definitione.

Non moror in pestis Etymo describendo, ubi effectus nullibi & nemini incognitus est; sive enim à perimendo sit dicta, quod derepentè jaculi in morem adoriatur mortales; sive à pascendo, quod instar belluæ venenatæ Urbes integras depascentis & funditus evertentis regna in morem lupi deprædetur, sive aliunde sic dicta, parum interest, cum quid illa propriè sit, quis æreus ille draco lathifero suo toxico omnia infestans, ubi originis suæ natales habeat, nobis cumprimis demonstrandum incumbat.

Ut itaque omiſſis definitionibus variis minus sufficientibus, exacta (quantum fieri potest) & præcisa detur pestis definitio. In primis notandum, quod ad præsens attinet, triplex morbi generis ex Medicis posse assignari; quorum primum dicatur *σποροειδὴν*, alterum *ἐνδημικὴν*, tertium *ἐπιδημικὴν*, juxta Hippocratem, & Gale-

4
 num. Sporadicum, sive quod idem dispersum dicitur, quotiescunque in una vel pluribus regionibus diversa morborum genera vagantur, siva sint citra mortis periculum, sive lethum accelerantes, eujusmodi sunt ophthalmiæ, dysentericiæ, variæ febres, variolæ similesque morbi, qui subinde vel ex abundantia humorum, vel aliis de causis uni vel alteri Regioni accidere possunt. Secundum dicitur *ἐνδημικόν* sive patrium, quod id morbi genus uni alicui regioni sit ex natura loci peculiare; hoc pacto Ægyptus præ cæteris morbum, quem elephantiasin vocant, parturit; nonnullæ Alpinarum regionum valles ex nociva aquæ potabilis qualitate in hominibus scædæ strumarum protuberationes producant, utres inflatos dices, patriæ communes. Insula Melitensis dysenterias insitâ quadam naturæ vi generat. Ita ut nulla propemodum sit natio, quæ uti diversum situs naturalisque constitutionis temperamentum sortita est ita diversa quoque, sibi que propria morborum femina insita non habeat. Tertium quod vocant *ἰνδημικόν*; popularis morbus omnibus communis dicitur eò, quod scilicet ita sit communis, ut nulli regioni proprius videatur, sed naturâ suâ omnes infestet, qui si singulariter contagiosus & perniciosus fuerit, propriè pestis dicitur; quam cum quibusdam sic ferè definimus: *Pestis est morbus communis complures simul etiam diversarum regionum infestans, dirorum malorum causa & origo, lethalis & maximè contagiosus.* Dicitur morbus communis ad differentiam sporadicorum; dicitur infestans complures etiam diversarum regionum, ut distinguatur ab Endemiis morbis, qui unam tantum (ut supra diximus) regionem, ex naturali loci constitutione vexare solent. Dicitur dirorum malorum causa & origo, quia innumeris Symptomatis ex intimo malignantis naturæ sinu repullulascens, infestos eâ exagitat. Lethalis dicitur, qui celeri insinuatione sui magnam mortalium portionem exiguo temporis spacio conficit. Dicitur maximè contagiosus; ad differentiam aliorum quorundam morborum, qui tametsi nonnulla contagionis labe polleant, non tamen maximè contagiosi dicuntur. Nec refert quod nonnulli Medici pestem dicant sine contagione saltem excellenti esse posse. Nam, quidquid de hoc sit, (in quo alii dissentiunt dicentes pestem, etiam quamcumque esse contagiosam, & maximè contagiosam) etiam hoc dato, adhuc congruenter ea particula additur; ut videlicet

Triplici morbi generis, Sporadicum, Epidemion, Endemion. Et quod sit.

Pestis definitio.

Cur maximè contagiosa.

significavit
 quoniam
 famam
 quod
 quia
 re sol
 atque
 abdit
 morbo
 mota
 suum

M
 scatur
 lus, qu
 Neque
 jus ma
 contage
 tam ce
 finum
 primu
 deinde
 rios riv
 N
 vel pro
 contin
 natura
 dextra
 macul
 & prin
 signi

significetur, pestem, si non in omni casu, aut in singulis (ut loquuntur) individuis, at saltem ex ipso suo genere maximè contagiosam esse: sive quia nulli alii morbi de sua natura ita contagiosi sunt, quod etiam agnoscit Aristoteles in problematis Sectione VII. sive quia pestis per se contagiosa est omni genere contagii, quod assignare solent Medici; per contactum scilicet, per fomitem è propinquo, atqve ad distans. Sola itaq; pestis maximè contagiosa est, tum ob abditam excellentis putredinis vim, qua pollet, tum ob velocem morbi serpentis propagationem non in vicinas tantum, sed & in remotas quoque regiones per contagii diffusionem. Hactenus exposuimus definitionem; jam tantæ malignitatis causas exploremus.

CAPUT III.

De causis pestis.

Morbos pestilentes occultas & cæcas causas habere, testatur cum aliis Fernelius, de abditis rerum causis. Unde etiam in iis eruendis magna est Medicorum altercatio. Nos hic paulò altiùs rem indagantes tam insolentis in hominibus scaturientis effectus eas causas Deo dante, assignabimus, quas is solus, qui Naturæ Oeconomiam penitiùs excusserit, non ignorare possit. Neque quispiam sibi persvadeat velim, unicam tantum totalem hujus mali causam assignari. Siquidem effectus exoticos in pestifera contagione elucescentes, ex pluribus iisq; partialibus causis resultare tam certum est, quàm certa est Symptomatum summa in Microcosmi causa & sumum dominantium ferocia. Verùm antequam hoc doceamus, primùm de variis causis, ex quibus pestis nasci possit, agemus, ut deinde ad primam paulatim ejus originem fontemq; veluti per varios rivos delati, pertingamus.

Notandum itaqve, pestilentiam duplici modo spectari posse; vel prout divinum quid esse censetur, vel prout intra naturæ claustra continetur. De priorilue, non est quod hic agamus, cum omnes naturæ terminos longè excedat, solo Omnipotentis Dei præpotenti dextra in pernam enormium delictorum, quibus homines sese commaculare non verentur, inflicta. Et hujusmodi plaga fuit pestilentia & primogenitorum mors in Ægypto à Deo per Mosen in *συνθηγορα*

Lib. 2. c. 12.

Pestis duplex divina & naturalis.

Pestis Aegyptiaca Moysi, & Davidis tempore.
2. Reg. 6. 24. Deus utitur natura ad mundum castigandū.

diar, sive obstinationis Pharaonicae poenam immissa. Talis fuit & Davidis temporibus à Deo Angeli ministerio inflicta, quæ 70. hominum millia triduo extincta sunt. Tales subinde quoque leguntur in Historiis Ecclesiasticis, quas suo loco recitabimus: Et quamvis ipsa contagiosa lue, veluti immediato justitiæ suæ instrumento, Mundum castigat; ut plurimum tamen mediante natura ejus ministra, justitiæ suæ rigorem exerit; atque adeò pestis suas in natura fundatas rationes habet, cum plerumque Deus Opt. Max. causarum secundarum concursu ad similes humano generi plagas inferendas utatur.

§. I.

Variis modis pestis ex putrefactione rerum nasci potest.

Pestis itaque sæpius oritur ex gravis & pestiferi aëris halitu, aut ejusdem intemperie & acrasia, quæ mixtum vim quandam malignam paulatim ad corruptionem dispositivam acquirat. Aër autem efficitur pestifer.

Causa pestis ex putrefactione.

Cadavera in prælio occisorum pestis subinde causa.

Livius de peste in Latia regnante Romulo.

Primo ex putridis exhalationibus iis in locis expiratis, quæ stagnorum paludumque cœnoso & putrido limo abundant, quæ Solis aecedente extrinseco calore, nescio quid virulentum concipiunt; quæ morbi pestiferi seminaria necessario consequuntur.

Secundo ex cadaverum temerè projectorum virulento halitu. Putrescunt autem & sanie diffuunt humana cadavera imprimis, tum insitâ sibi ad putredinem dispositione, tum extrinseco solaris accessu. Et hoc ut plurimum fit duplici ratione. Primo videlicet, ubi commissio cum ingenti hominum strage, prælii cadavera hominum in campis hinc inde temerè dispersa, omnino sepulturae beneficio privantur, aut superficie tenus duntaxat temptantur; unde iis à carnivoris animalibus odoratus sagaciter ductis, et utis, devoratisque novum fundatur contagionis Seminarium; uti summa mortalium jaçtura, jam à triginta annis sæpè pius afflicta Germania, summo suo dolore experta fuit; & Livius apertè docet; Cædes enim, quas regnante Romulo Fidenates & Romani mutuis sese excursionibus insectati in campis fecerunt, ingens morbus Latia pestis consecuta fuit. Rursum fit subinde, ut homines, summa penuriæ necessitate pressi, & famis, inediaque rabie infesta

alis fuit &
70. homi-
eguntur in
amvis ipse
Mundum
ra, justiti-
atas ratio
ecundatur
tur.

erum

tu, aut eju-
n maligna
autem et

is, quæ si
æ Solis
piunt; quæ

ento halit-
primis, tu
solaris æ-

Primi-
e, præli-
erfa; om-

taxat ter-
as sagacit-
nis Semin-

nus sæpè
Livius ap-
s & Romæ

gens mox
omines,
bie infesta
di

dum vel quodlibet obvium, & humano nutrimento incongruum in-
consultius devorant, mox pessimi succi alimento assumpto, morbos
acquirant, pestiferæ contagioni maximè congruos; unde pestis fa-
stem, uti heram pedissequa, ut plurimum sequitur; uti innumeris
exemplis ex omnium Historicorum monumentis probatur.

Tertiò contingit subindè, ut magno in mari commisso prælio
cadavera in mare projiciantur; Quæ æquor, ab inimico hospite sese
exonerandi desiderio, littoribus committit; quæ semiputrida inse-
pultaq; magnam dant sæpenumero contagionis materiam. Eademq;
est cadaverum in amnes projectorum, & in litora dispulso-
rum ratio.

Quartò. Ubi animalia ex incongruo & maligna qualitate im-
buto pabulo contagionem contrahunt, experientia docuit, nihil ad
aërem inficiendum potentiùs efficaciusq; esse posse, quàm si mortua,
quantocyus terra profundè non obruantur. Et experientiã didicit
Gallia, dum in Alvernia tabe extinctorum bonum corpora non ritè
sepulta, pestiferæ qualitatis mephyti inde expirante, univèrsam ferè
regnum ingenti infectionis damno infecisse, narratur.

Quintò; Fit subindè, ut sive terræ motu, sive ex alio accidente,
ex imo maris fundo contagiosus, ex depravata mineralium Spiritu-
um exhalatione halitus erumpat; Quo infecta omnis generis squami-
geri gregis animalia extincta in littus dejiciuntur; Quorum noxia
putredo dici vix potest, quàm facile in pestem degeneret. Docuit
hoc balenæ cadaver in littus Tuscum propè Gravisium superiori se-

culo ejectum, cujus contagio univèrsam mox Tusciam inficiens, ma-
gni mortalium exitii causa fuit. Quare quod proinde in nonnullis
regionibus maritimis continuò ferè pestis contagio sæviat, alia causa
non est, quàm piscium ostreorumq; uti affluxu maris in littus con-
jectorum, ita defluxu ejusdem in sicco hærentium putrefactio; & tes-
tis est Ægyptus, in quo Nilo exundante, dum is piscium, Crocodi-
lorum, cæterorumq; monstrorum multitudinem secum in campos
limosos devehit; hæc enim deficiente exundatione, putrefacta, eam
regioni pestis frequentiam conciliant; quam illine experiuntur. Idem
contingit in Septentrionis partibus, ubi certis annorum constitutio-
nibus pisces intra flumina glacie densissima constricta, aves intra ar-
borum domuumq; foramina, serpentes intra terræ viscera enormita-
te frigoris enecta, succedente verni temporis calore putrefacta, veluti

Latet in
homine
liquor pe-
stis causa
est.

Cadavera
ex mari in
littus eje-
ctæ pestis
causa.

Ex anima-
lium mor-
bosorum
constitutio-
ne pestis.
Boves non
ritè sepul-
ti in Gallia
pestis cau-
sa.

Balena in
littus eje-
cta & pro-
trefacta
causa pe-
stis.

Cur in ma-
rimis Ur-
bis ple-
rumq; pe-
stis domi-
netur Pe-
stis in Ægy-
pto causa.

*Serpentes
putrefacti.*

ex busto ingens excitârunt contagionis incendium. Serpentes quoque magnis aquarum diluviis ex montium fissuris elicitos, & intra alveos devolutos, dum littoribus committuntur, pestem excitasse docent Historici; ut constat ex peste, quæ sub Pelagio II. Romæ invaluit. De qua vide Baronium.

*Locusta in
littore A-
phrica pu-
trifecta
pestis man-
data causa.*

Sextò. Locustarum & bruchorum similiarumque insectorum genera, ventorum violentiâ in mare coniecta, dum deinde coacervata in littora congeruntur, putrefacta memorabilem omnibus seculis pestem generarunt Carthaginensêm, de qua Diodorus Siculus aliique. Nec Siciliae hujus generis catastrophæ in suis historiis desunt.

*Alia pestis
causa.*

Septimò. Contingit subinde, ut ex repentino terræ motu fundus maris apertus magnam secum piscium, conchyliorum aliorumque animalium insectorum virulentorum quantitatem in occultos terræ meatus trahat, quæ in cæcas montium cryptas coacta, & superveniente limo terrestrisq; materiæ quavisquiliis, ibidem defectu liberiori aëris corrupta & putrefacta, præter animalia toxico referta putridum quoque aërem generent; Qui successu temporis terram vicinam inficiat; donec tandem per porosæ terræ meatus montiumque fissuras exteriori aëri communicetur, herbarum plantarumque radices inquinet, unde magna sæpè brutis hominibusque strages accidit. Ex simili occasione videntur dracones illi nati, qui teste Aristotele intra antro quoddam Mundis Macedoniae stabulantes, teste Cardano libro de Venenis, tam pestiferum halitum spirabant, ut vel transeuntes in momento interficerent, atque adeò totius regionis exterminium intenderent; quibus tamen occisis, pestis mox cessavit.

*Card. lib.
de Venen.*

*Cannabis
& linum
aqua mace-
rarum pe-
stis causa.*

Octavò. Cannabis & linum in stagnantibus aquis maceratum necio quam virulentam putredinem acquirunt pesti generandæ aptissimam; quam nonnullas urbes summo suo damno incurrisse legimus.

§. II.

In quo de causis pestis ex infecto aëre provenientis quædam adduntur.

*putredinem
quædam*

AEr sub duplici ratione considerari potest. Primò, quoad propriam substantiam essentiamque. Secundò, quoad accidentia seu inquinamenta, quæ *μείζονα* à Græcis dicuntur. Priori modo aër

omnis

omnis contagionis expers est, ob summam sui subtilitatem, quæ & naturam ætheris & ignis, quæ inquinari non possunt, imitatur; Posteriori verò modo tum variis expirationum è terra effluviis, tum nebulis, nubibus, vaporibus halituum varia miscella foetis, quibus aer veluti corpore quodam & vestimento sensibili induitur, infici dici potest; unde cum aer dictorum inquinamentorum tantum vehiculum quoddam sit, certum est, non vehiculum, sed varium perniciosarum mercium confluxum (dum aeris poris altius insinuat, huc illucq; pro ventorum ratione agitatur) hominibus, plantis, animalibus exitium afflare; unde purum & limpidum ætherem omnis inquinamenti incapacem esse asserimus; cum alterius naturæ sit inquinamentum; alterius æther, sive purissimus aer; dicitur tamen infici, quod inquinamentum, sine aeris, utpote pestiferorum spirituum vectoris ope effectum sortiri nullum possit. Quomodo verò hæc fiant, aperio. Sciendum itaq; universam Tellurem sive Terraqueum globum ex omni parte ingentia effluviarum agmina diffundere, quæ & Athmo-spharam terrestrem constituunt, idq; sapienti sanè naturæ consilio, cum enim homo purissimo aëre ob summam subtilitatem raritatemq; vivere non possit, natura rerum provida ita humido illo effluvio aërem telluris superficiem ambientem temperare voluit, ut aptissimum & proportionatissimum foret respirationis hominum cæterorumq; animalium instrumentum. Uti verò huiusmodi effluviium, pro ratione & constitutione regionum, oppidò diversum est; ita diversos quoq; effectus in viventium Oeconomia producit. Hinc aer nonnullis in locis opacus, difficilis, putridus & morbosus: in aliis salubris, serenus, vividus & omnis noxæ expers, in aliis & aliis mediocritatem quandam sectatur. Quoniam verò natura in perpetua alterationum machinatione versatur, fit nonnunquam ut vel per terræ motus, vel intimarum partium igne subterraneo depravatarum novam & exoticam genesis, aer abditus corruptionis veneno prægnans per porosos terrarum tractus, montiumq; rimas exspiratus, tandem suprapositæ sibi regionis aërenti purum quisquiliis suis inficiat; atque hoc pacto fundet veneni concepti longè lateq; propagandi Seminarium. Quod vel potissimum liqvet in nonnullis antris, quæ ad eò virulentum continuò halitum emittunt, ut & homines & bruta, quot quot inconsultius ea intrarint, mox extinguat; quorum complura

*Quomodo
aer, inq; sic
aerur.*

*Aeris di-
versa ratio
in diversis
locis.*

*Antra le-
thifera ha-
litu Sicinæ
aërem in-
in ficiunt.*

in diversis Mundi partibus observavi, cum illa non sine meo periculo singula curiosius exploraturus subivi; quemadmodum uberrime in Mundo nostro Subterraneo ostenditur. Hujusmodi antra, si quandoq; malignam pestiferorum halituum turbam sibi in auxiliares copias adsciverint, tantas tumultuante natura strages edere possunt, quantas cum admiratione legimus contigisse in variis Orbis partibus, ex diffractis per terræ motum hujusmodi Charontis claustris; vel dum per occultorum canalium aperturam sese amicus jungunt memoratorum antrorū spiraculis noxiæ lethalium halituum aporrhææ. Ex hujusmodi enim halitibus primum terra superficiei extimæ vicina inficitur, hujus venenum hauriunt radices, plantæ, gramina & fructibus refertæ arbores; quarum mucor ex floribus fructibusq; exundans in vermes & insecta omnis generis animatur; hæc bruta juxta atq; homines, in alimentum corruptione plenum assumunt; unde sanguinis corruptio & pestifera contagio necessariò consequitur, ut postea dicetur.

CAPUT IV.

De putrefactione contagiosa, ejusq; causis proximis & remotis.

UTi facile est contagii effectus concipere, ita nihil ferè est quod tantoperè Medicorum ingenia torserit, quam vera & propria contagionis origo effectuumq; tam insolentium causa. Hinc non defuerunt, qui pestis per contagium propagationem fieri nulla ratione, contra omnium sæculorum experientiam, existimârunt, dum omnes pestiferæ propagationis rationes soli aëri putredine contaminato adscribunt. Cum itaq; in præcedentibus fusè, quomodo & quot quibusq; modis aër inquinatus pestem inducere possit, descriperimus, modò qui eadem ab aëre in humana corpora inducta propagetur, dicendum restat. Quod ut exactius fiat, de causa contagionis, quæ est putrefactio, disceptationis nostræ primordia auspicabimur.

Putrefactio, quæ species quædam corruptionis est, dupliciter hoc loco considerari potest: vel secundum se & generatim; prout eam spectant Philosophi; vel speciatim, prout eam hic Medicorum

confi-

confi-
losop-
secun-
entis,
tivi,
exter
calor
arcent
tivus
ga fib
dem a
Ve
confi-
ne &
qvibu
stinis
spirit
culen
prafic
conta
pata
longe
cione
appel
summ
nem
Est a
vel in
clam
ruptio
aliqu
ruptio
virtu
cina
sting
ut pl
confi-

considerant palestræ. Juxta priorem modum, nihil aliud est Philosopho teste, quàm corruptio ejus, quæ in unoquoque humido proprie secundum naturam caliditatis, ab aliena caliditate, hæc autem est ambientis, id est, putrefactio nihil aliud est, quàm corruptio caloris nativi, in humido radicali existentis alicujus mixti corporis, facta ab externo & peregrino calore. Hic quippe externus ac peregrinus calor, dum enim interno robustiorem esse contigerit; caloris interni arcem aggressus, id est humidum, attenuando dissolvit; unde calor natus humidi alimento destitutus, atque unâ cum humido attenuato fuga sibi consulens, externo calori commissâ statione cedit; ex qua tandem alteratione ea corruptio nascitur, quam putrefactionem dicimus.

Verùm in proposito cum Medicis eam putrefactionem peculiariter consideramus, quæ non quacunq; externi caloris in internum actione & victoria perficitur; sed speciali vi caloris illius, qui peregrinis quibusdam pravarum conditionum copiis associatus, & clandestinis machinationibus sese insinuans, mox cor vitæ, caloris, spirituumque officinam invadens, susque deque fert omnia, truculentoque assultu vitæ arce, expugnata peregrino quodam præsidio illud munit; quam putrefactionem pestiferam & summè contagiosam idcirco dicimus; quod non tantum intra occupatæ areis terminos sese continet, sed & excursus suos exercet, in longè lateque exporrectas regiones, omnia devastando, & ad interuersionem delendo cum infinita mortalium strage; quam etiam pestem appellamus: quippe quæ nihil aliud est ex supradictis, quàm morbus summè contagiosus, à supra citatis causis proveniens, qui putredinem excellentem in contentis à corde vel in ipso corpore inducit. Est autem contagio (uti varii definiunt) corporis corruptio in totum vel in partem, ab uno in alterum transiens, corruptione in particulis clam facta. Porro contagionem, cum Antonio Porto aliisque corruptionem putrefactionem quandam esse dicimus: quamvis eam aliqui (fortassis latius quàm nos hoc loco accipientes) absque corruptione dari posse existiment. Dicitur clam facta infectio, quia virtute quadam abdita & vix cognita, humorum spirituumque officinam sese insinuat, unde & à febribus ardentibus acutis & putridis distinguitur, quæ etsi malignâ qualitate polleant, contagiosa tamen ut plurimum facultate carent. Ut itaque, in quoniam exotica illa

*Quod sit
contagio.*

*Lib. 1. de
Peste c. 5.*

*Putrefa-
tio in quo
consistat.*

putrefactionis facultas consistat, aperiatur; sciendum, duplex hu-
jus principium statui posse, primum ex parte subjecti sive intrinse-
cum, estque prava quædam ex viscerum oppilatione humorumque
malitia in humano corpore resultans dispositio. Alterum princi-
pium extrinsecum aer est venenosus, & pestiferis effluviis, sive ex
terrestribus & cæcis æternæ noctis receptaculis expirantibus, sive
ex noxiis influxuum cælestium fuliginibus tinctus contaminatus
existat, sive aliis de causis supra commemoratis exoriens; certum est
utrasque tanquam concausas ad eundem effectum ut plurimum con-
currere. Siquidem exotica cælestium corporum constitutio, ter-
restris globi aerisque vicini *πυρραγωγία* virtute sua movet, paulatim
ad monstrosos partus disponit; qui cum ex peregrina mineralium
excrementorum commistione & vapore, eccellente quædam putre-
dine contaminato resultent, sit ut nunc hic nunc illic; vel per tem-
peratam motus, vel per ignium subterraneorum vastitatem Telluris externæ
superficie fatiscente, occulta & nullis sensibus obvia quædam spiri-
cula efficiantur, per quæ conceptus intus à multo tempore factæ
malignitate vapor expirans disposito jam vaporoso aëri communica-
retur, hic virulento expirati vaporis inquinamento vitiatas, dum
hominibus per inspirationem hauritur; mox inimicum sibi Antaga-
nistam Archæum Spirituum vitalium Oeconomum, id est, cor cal-
di & humidum & consequenter vitæ officinam adoritur, qui repentinè
inimici irruptione territus viribusque diffusus fugiens stationem de-
lictam hosti cedit; hic nativo hospite expulso, nova & priori tot
cælo contraria Seminaria ponit, quam putrefactionem contagio-
sam nominamus, in viventibus quidem morbi inevitabilis prodromus
mon; in mortuis quoque fecundam ejusdem mortiferæ sobolis pro-
pagatricem. A putredine itaque hujusmodi excellenti lenta, &
fœciosa, profunda, sordida, in intimis humorum recessibus conclusa
& ad minima redacta, tanquam à fonte quodam totius contagionis

Seminarium promanat; quomodo verò id contingat, sequenti
capite specialius cum bono DEO
exponemus.

CAP

De

E

dam
fomit
præsta
nem p
tactu
aliis f
comm
vicin
recipi
putre
trali
ex ab
mè q
tagio
à nat
diant
cepta
nis &
dat;
Est en
conju
corpu
torum
intim
gvini
vo m
hujus

CAPUT V.

De pestis seminariis, sive de propagationis contagiosæ modo & ratione uberius explicatio.

EX dictis patuit, putrefactionem contagiosam propriè non ex simplici quatuor elementorum contaminatione, sed præterea ex aliena & peregrina qualitatibus deleteriæ facultate superveniente constitutam esse, cujus proprium sit sordidam & foetidam vim in alterum sive per contactum immediatum, sive mediante fomite transferre, atque adeo idem in alieno & separato subiecto præstare, quod eadem ex insita virtutis suæ efficacia per inspirationem præstitit in priori subiecto; haud secus ac magnes solo ferri contactu ei vim suam communicat, quam ferrum sibi insitam innumeris aliis ferramentis, quamvis à Magnete remotissimo spacio distitum communicare potest; delectantur enim similia similibus, & ad se invicem confluunt, se fovent, se mutuis officiis benignè afficiunt, per reciprocam virium communicationem. Quemadmodum itaque putredo pestifera sive contagiosa non ex primarum qualitatum naturali penuriam suæ virtutis & virulentæ efficaciam robur suscipit; sed ex abditis naturæ peregrinis Seminariis foeturam concipit; ita minime quoque mirum, tam exoticis & insolentibus Symptomatis contagio affectos exagitari. Habet enim omnis putredo excellens hoc à natura sibi insitum, ut effluendo ab infecto corpore in alterum, mediante eadem virulentia contaminato aëre, sese exoneret; & hic concepta putredine in complures alios conferat; atque adeo communis & popularis sive epidemius per continuam propagationem evadat, in qua essentia pestis merito à Medicis communius constituitur: Est enim putredo lenta, viscosa, maligna, cum foetore ut plurimum conjuncta, quæ hic Romæ ubi scribo se intra corpus per continuum corpusculorum insensibilium eadem virulentia, qua totum imbutorum poros, meatusque principales sensusque; vix insinuavit, cum ecce, intimos vitalium viscerum recessus, latentes inquam Spirituum sanguinisque cordis & hepatis officinas inficit, unde fugato calore nativo mortem hominis consequi necesse est. Ut autem paulò penitus hujus contagiosi morbi processum & occultas semitas conspiciamus.

*Pestis specifica quâ-
litate insi-
cit corpo-
râ.*

*Putredinis
Sis exoti-
ca, & ef-
fectiva ejus.*

*Quæ sidera
potissimum
pestem
causant.*

*Unde pestis
anima-
rum.*

*Cur subin-
de tantum
boves, non
nunquam
equi aut
pecudes pe-
ste inva-
dantur.*

Suppono hoc loco, pestem, ut supra probavimus, præsertim in subterraneis per cœli influxum causatis expirationibus effici, in aëre & aqua primò depositis quibusdam quasi Seminariis, Cœlum autem stellasque horum effectuum remotas causas in Itinerario Extatico sat superque probavimus. Sunt enim duo maximè globi celestes, Mars & Saturnus, qui dum virulentis quibusdam ex certo effluviis suis, inferiorem Telluris Athmo-Sphæram inquinant, fit, aër primùm conceptam foeturam in humidi Oeconomiam comparat, hæc ulterius participata seminaria per cœcos terræ meatus occulta aëris subterranei conceptacula devehat, quæ ibidem creta & ad maturitatem deducta per expirationem abditam, in aëream tantum substantiam jam ex siderum eclipsiumque combinatione nonnullum vitalis auræ damnum passam, sed & in sentientis vegetantisque naturæ familiam traducit; quarum illa necessario & perpetuo haustu, hæc tum intrinsecus per radicum fibrarum extrinsecus per affusum madorem jam ab aëre inquinatum, virus occultum suscipit; unde plantis, herbis, fructibusque jam decoctis dum fruuntur animalia, ex latente virulentia mox in morbos insurgunt, juxta speciei cujusque naturalis temperamenti constitutionem proportionatos; ut vel ex hoc in animalibus, jam bobus modò equis, nunc pecudibus pestis origo luce meridianâ clarescat. Quod verò non omnia simul diversæ speciei animalia pestiferæ qualitatibus afflatu invadantur, tum temperamenti animalium diversitas in causa est, tum plantarum, quibus diversis ex natura fruuntur, usus disparata ratio; virulentam siquidem vim differentis naturæ herbæ attrahunt, illa nativas pariter dictarum herbarum proprietates vitiat, unde ex diversâ veneni attractione, diversos morbos resultare necesse est, qui verbi causâ boum solummodo speciem, non alteram infestet; si enim venenosa exspiratio herbis boviarum speciei propriis congruerit, boves solum adorientur equinæ, solos equos; si pecuniæ solas pecudes invadet: herbæ enim non æquè virulentæ conspirationis vim, sed pro dispositionis ratione & subjecti capacitâ participant; quamvis aquarum putridarum eadem iniquationis vi pollentium potus, quibus ut plurimum tumentur, plurimum ad contagionis vim promovendam conferat.

Assumpto itaque ab animalibus vitiatò misimato pabulo in di-

mentum
exerit,
tandem
malibu
eandem

Quo
m

D

herbarum
enim in-
tiva aut
ceteris
trimen-
berim
mali su-
esse con-
dimus.
olerum
ordian-
dromu
belloru
dissipa-
certè lo-
sustent-
damus.
cam qu-
admitt-
ita labo-

ma

mentum; mox illud virulentia feminaria nativi caloris excitatione exerit, vitalia membra humorum corruptela conficit, quam mors tandem consequitur. Vidisti ni fallor, contagionis pestiferæ in animalibus primordia; nunc quomodo per eadem homo paulatim ad eandem vim disponatur, exponam.

CAPUT VI.

Quod ex nutrimentis hominum vitiatum humore contaminatis oriatur sterilitas; hanc famem, famem tandem pestis sequatur.

Diximus in præcedentibus, quomodo herbae, fructus, segetes venenosa expiratione inficiantur; jam quomodo illa contagionis in hominibus animalibusque occasio esse possit, videamus. Certum est, hominem non nisi carniū, fructuum, herbarum, frumenti que in panem coacti coctique alimento uti; solo enim illo nutrimur, quod aliquando vitam habuerit, id est, sensitiva aut vegetabili natura constiterit; hinc homo terrā, luto, saxis cæterisque inanimatis rebus nutriri non potest. Quæ quidem nutrimenta si salubria & sana fuerint, totum quoque hominem in saluberrimo corporis statu, si ab usum excipias, constituunt; si verò mali succi fuerint, ea intra corpus assumpta id efficiunt, quod ipsa esse comperiuntur. Et hujusmodi nutrimenta in tria genera dividimus: quorum primum est frumenti; secundum carniū, tertium olerum, herbarum, fructuum. A frumento humanæ vitæ hypostasi ordiamur, cujus defectu statim in foribus famem est pestilentia prodromus; defectus autem provenit vel ex agrorum sterilitate, vel bellorum turbinibus, quibus desiderata messis impedita, Colonisq; dissipatis, omnem frumenti colligendi spem tollit, vel frumentum certè locustarum violentiâ destructum, humanam vitam necessaria sustentatione privat. Quomodo verò sterilitas ista nascatur, ostendamus. Si virulentus halitus è terrenis exspiratus latibulis causticam quandam virtutem ex venenosi mineralis spiritu progeneratam, admistam habuerit; certum est, omnem in segetibus vigorem eâ ita labefactatum iri, ut ad spicam formandam vix pertingat, vel si

*illis nutri-
mur tan-
tum, quæ
aliquando
vitam ha-
buerint.*

*Quomodo
sterilitas
nascatur.*

pertin-

*Fru-
mentum dege-
rans quod
mali adfe-
rat.*

*Effectus
lolii in cor-
pore hu-
mano.*

*Putredo
peregrina
plantis in-
sita pestis
causa.*

*Deprava-
tus vitus
pestis cau-
sa.*

pertingat, eandem ut plurimum granis aut nullis aut exiguis vel flac-
cidis vestitam relinquat. Accedit, quod nutrimentum illud, quo
granis formandis deputabatur, ut plurimum inimica humoris vi, ne-
scio, in quam peregrinam, aut lolii aut ægyptopis viciæque aut al-
terius spurii grani sobolem degeneret, quæ simul frumento mixta
dici vix potest, quam panis inde confectus, exoticos in humano co-
pore succos, quantam humorum acrasiam sive intemperiem ef-
ficiat; uti enim veneni in humore assumpto latentis vi inquinanti
ita eandem quoque vim internæ humorum Oeconomix commu-
cant; & experientia sat superque docet in iis, qui huiusmodi ali-
mento utuntur, dum ut plurimum capitis agitantur vertigine, co-
dis angorem sentiunt, insignem stomachi cruditatem patiuntur
quæ aperta putrefactivæ facultatis intus operantis indicia sunt.

Colliges ex his, nisi fallor, luculenter, quomodo segetes hanc
aliena vi depravato alimento aut sterilefcent, aut una secum spuria
sobolem generent, humano usui oppidò incongruam. Altera si-
rilitatis origo emanat ex putredine quædam peregrina humori pla-
tæ insita, quæ infecta noxia generantur. Nam experientia docet
ex lolii & Gith, seu nigidii (vulgo nigella) semine putrefacto, ut pl-
urimum perniciofa insectorum seminaria exurgere, ex quibus bruch-
locustæ, cæteraque noxiorum insectorum sætara pullulat, quæ in-
finitam multitudinem paulatim excrescens, & segetes spicis (quæ
enim maximè appetunt pro nutrimento, ex quibus originem tra-
xerunt) arbores fructibus, olera verò foliis funesta depopulatio-
privant, campos devastant, aërem virulento effluvio non vitæ tu-
tum, sed & mortuæ contaminant, famis & pestis infallibiles, quæ
modum ex historiis constat, præcursores. Denique quacunque
causa annonæ defectus oriatur; dum famis urgente rabie quodlibet
quod fors suggererit, in nutrimentum, uti sunt canes, feles, sorice-
asinina & equina caro, herbarum radices perniciose, panis ex gla-
dibus, fursuribus, confectus assumitur; mirum non est, ex depravato
alimentis depravatos in humanis corporibus humores paulatim
pestis genesin disponi. Eademque carniū est ratio. Quippe
dum homines carnes comedunt animalium piscumque, maligna
alimenti vitiatū putredine coinquinatorum, eo alimento altius
insinuante, humores necessario depravantur; accedente verò ex-

ni aër
res ja
den
fructi
quan
bus p
est, f
ma,
cum v
jusmo
qvina
& ho

Qu

C

minit
prieta
cum t
ris co
ram c
aliud
tissim
bi cor
gener
fordin
vapid
quide
tum.

ni aëris simili depravatione laborantis, continua inspiratione, humores jam dispositi, naturæ quædam similitudine aëri juncti, eam tandem quam diximus funestam pestis fortunam excludunt. Idem de fructibus dicendum, tantò hac rerum constitutione periculosioribus, quanto putredinis vitiosæ capaciores sunt. Hinc fructuum vermicibus procreandis aptorum immoderatus usus, velis remisq; fugiendus est, fructus præterea perniciosi perversiq;ve succi, uti sunt persica poma, pepones, cucumeres, similesq;ve vitandi; fungorum verò usus, cum vivæ toxicæ bursæ sint, prorsus abolendus; si enim unquam hujusmodi fructus, certè durante memoratæ terræ effluvio aërisq;ve inquinati statu, lethifera putredinis vim in se attractam derivant, quam & hominibus assumptam communicant.

CAPUT VII.

Quod ex putredine perpetuò corpuscula quædam insensibilia in circumfisa corpora exspirentur, quæ effluvia pestis seminaria dicuntur.

OMne corpus naturale mixtum virtutum suarum effluvia quædam exspirat, quæ hoc loco non pro ipsis qualitatibus, aut veluti accidentia quædam à Subjecto per medium propagata sumenda sunt, sed sunt verè & propriè corpuscula minima, nulla visus potentia attingibilia, veluti accidentium proprietatumq;ve à subjecto emanantium vehicula quædam, ejusdem cum toto subjecto, a quo effluunt, proprietatis. Hoc pacto Telluris corpus & cælestes Astrorum globi singuli & omnes Athmo-Sphæram quædam circa globum proprium fundant; quæ quidem nihil aliud est, quam dicti globi vaporosum quoddam effluviium ex minutissimis insensibilibusq; corpusculis aqueis aut igneis pro natura globi compositum. Sequuntur naturam globi omnia reliquia mixtorum genera, ita quidem, ut quidquid odoriferum, sapidum, foedum, sordidumq;ve sensibus appropriatis occurrit, id effluviium quoddam vaporem istius mixti, à quo dimanat, dicendum sit; in corporibus quidem siccis sub halitus, in humidis sub vaporis nomine indigitatum. Hinc ex igneis corporibus effluviium fit, igneis corpusculis

*Effluvia
corpusculo-
rum mini-
morum pe-
stis semi-
naria.*

*Astrorum
tellurisq;ve
Athmo-
Sphæra.*

*Quomodo
corpusecula
diffundantur.*

constitutum, quæ quanto confpiciosa sunt, tantò intensiorem quæ
que calorem efficiunt; quanto verò in longiusculum spatium pro
éta, rariora effecta fuerint, tantò quoque remissiorem caloris gradu
præ se ferre censenda sunt, donec tandem sphaeram à natura sibi desi
natam transgressa, aut prorsus deficient, aut mixti attractu resorbe
antur. Quod itaque de igneis corporibus diximus, de omnibus aliis co
poribus mineralibus, metallicis, lapidibus pretiosis, de vegetabilibus
sensitivæ naturæ substantiis, speciebusque, forma, proprietate, accidens
bus, tum in herbis, plantis, arboribus, tum in animalibus cujuscumque
ordinis dicendum est. Sunt autem hujusmodi corpusecula nihil aliud
nisi spirabiles quædam mixti protiumculæ, ejusdem, uti dixi, cum totius
proprietas & naturæ, quæ vel calore externo mixtum ambientem
vel per violentum affiictum rarefacta, dum ampliorem locum
quirunt, in aërem externum diffunduntur; frigore verò circumstanti
in subjectum à quo profluxerunt, remeant. Vel si conditione co
poris ita postulante non remeant, tunc aëris vicini protiumculæ
effluxorum locum attractu quodam naturali subrogatæ, in abditis
pororum recessibus in nativam mixti sobolem iisdem dotibus sp
cificis instructam transformantur; ut proinde de diminutione & t
tali corporis consumptione, successu temporis effluxuum hujusmodi
di continuatione, minimè timendum sit. Hisce suppositis, jam
ea, quæ instituti nostri propria sunt, progrediamur.

*Effluvia
odorifera.*

Quemadmodum itaque odorifera effluvia intus per anhelitus
attracta primò odoratum, deinde vitalium membrorum Spiritus
similitudine quædam naturæ mirificè recreant, excitantque; ita
virulento corpore fœtida, sordida, & depravatæ indolis effluvia intus
per inspirationem suscepta, ex naturæ quædam repugnantia, in
interiorem Oeconomiam perturbant, Spiritus opprimunt, grave
nem doloremque capiti adfiscunt tanta vehementia, ut mephitis
sua plus obesse, quàm odores gratiæ suæ prodesse videantur. Et
perientia docet, tetrum odorem tantæ subinde pertinaciæ esse,
nullo aromaticorum usu dissipari possit. Procedit autem fœtor
hujusmodi potissimum ex putrefactione corporis malignis & viru
lenti qualitatibus depravati, cujus quidem putredinis virulentia tur
primùm manifestè sese exerit, quando excellenti fœtori & mephitis
ostendit

*Fœtoris
graviditatis.*

ofinet
quom
cont
terra
primu
habue
femin
simul
pagat
effect
tu in p
mitas
id acc
privat
etiam
plexia
ra co
nam e
dit; u
nunc
ris vic
Subo
tractu
quan
proti
tes ha
mos
adme
gem
cti, a
illum
fibili
eitra
tur,
tidie
ofinet

osmeticum sensum perculerit. Hoc itaque pariter proposito, jam quomodo paulatim ex acquisita putredinis sordido inquinamento contagium propagetur, explicemus.

Suppono itaque semper in aliqua Mundi parte supra memoratas terræ evaporationes maligna qualitate refertas vigere, cujus haustu primus ille infici censendus est, qui majorem ad id dispositionem habuerit, subjectumque recipiendæ virulentæ ac hujusmodi pestis feminibus excludendis magis congruum; ab uno enim, vel pluribus simul, qualescunq; tandem sinistra sors arriperit, contagiosa propagationis initium duci debet. Cum itaque externa aëris putredo effectrix pestis causa sit, hinc fit, ut calor externus putridus anhelitu in pulmonem ductus, ex pulmonis verò extensione per abditas semitas à corde attractus, si in universam cordis Oeconomiam feratur, id accensum mox contrariorum Spirituum lucta, tandem interno privatam calore penitus suffocet. Atque hinc patet, cur nonnulli etiam ad apparentiam externam sani tempore pestis mox veluti apoplexiâ quadam percussi concidant exanimis. Si verò dicta pestiferæ contagionis inspiratio, ad humores in cordis ventriculis per venam cavam in eos derivatos deflexerit, illos mox putrefactos accendit; unde pestiferæ & putridæ febris virulentia exurgit, qua infecti nunc primo, nunc tertio, quarto, quinto, octavo die pro hausti aëris violentia, nisi antidotis efficacissimis obstetur, tandem intereunt. Suborientibus enim putridis exhalationibus, aër à pulmonibus attractus, mox deinde jam vitiatu exspirari solet; quo proximus aër quantumvis purus & sincerus pestiferæ expirationis fuligine tinctus, protinus contaminatur; quem dum adstantes curamque ægri habentes hauriunt, eadem vi morbi replentur. Hoc pacto vel unus plurimos alios contagione & pestifero spiritus anhelitu conficit; quem admodum una ovis solitâ infecta scabie reliquum coinquinat gregem; & elephantiasi, lue venerea, cæterisque lepræ speciebus infecti, alios coinquinant. Porro pestis infecti contagione, halitum illum putridum non per asperam tantum arteriam, sed & per insensibilia cutis foramina egerunt; quam vestes potissimum lintea & cul-

Quomodo
pestis con-
trahatur.

Cur tem-
pore pestis
nonnulli ad
apoplexiâ
concidant.

Quanam
pestifero
halitu infi-
ciantur.

*Symptomata pestis
quæ sanam.*

*In quibus
potissimum
corporis
partibus
pestis bubo-
nes nascitur.*

*Ex quibus
causis Sym-
ptomata
nascantur.*

ecce mox, veluti naphthâ igni appositâ halitum in vestibis stabulan-
tem per poros aut anhelitum attractum excipiunt. Hinc autem exi-
stunt Symptomata, horridorum ulcerum protuberationes, glandu-
larum, bubonum, carbunculorumq; diversæ species, maculæ & pustulæ
in milii granorum similitudinem per cutis superficiem disseminate,
quas res deliria, vomitus, singultus ac febris consequuntur; cum enim
putredo externa cordis humores putrefacit, id veneno vexatum
ipsum per abditos venarum ductus vel in glandulas bubonumq; tu-
bera, quæ sub axillis è regione cordis sunt; vel in cerebrum, vel in
jecur exonerat; & cerebrum quidem sufficientibus adhuc viribus pos-
sedit, susceptum virus deponit in tumorum auricularium apostematum
quæ parotides vocantur à medicis, quia circa aures sedem suam
gunt, quod si viribus jam labefactatum fuerit, & ad expellendum ve-
nenum insufficientis, mox in ipso ejusve meningum membranis im-
portuna phrenesis nascitur, quæ inflammatio ubi primos cerebri par-
tes occupaverit, mans statim varia phantasmatum vertigine agitari
delirare incipit, ubi mediam verò cerebri cellulam, juxta Arabum
placita invaserit, tum ecce æstimatoriæ facultatis Oeconomiam insigni-
damnum patitur, dum mente vacillante neque rectè res apprehendi-
neque, uti in se existunt, vero ratiocinio & judicio complectitur; tum
denique postremam cerebri cellam possederit, tum ecce titubantem
memoria rerum omnium lethæa quædam oblivio eos tenet. Non
nescio aliter de cerebri loculamentis Galenum sentire, sed Avicennam
cæterorumq; Arabum in hoc placita sequi malui. Atque ex his
patet, cerebrum pestifero vapore offusum, tum parotidum, tum
torum Symptomatum unicam causam esse. Jecur verò virulentum
halitu infectum, vitiosisq; onustum humoribus, eos in inguinum
latebras deponit, ubi mox glandulæ bubonesq; exorti imbecille
ignobilesq; partes præpropere inflammatione corripunt; at carbun-
culus fit, cum in omnibus corporis partibus tum maximè in pectore
re pustula nigra, livida, vel pallida rubro colore, seu flammeo rubeo
re tincta comparet; quæ cum saniem in se continere videatur, sub-
nigro colore squalet. Quando verò pustula rubrò mixta pallor
viget, tum id apertum bilis flavæ sanguini commistæ indicium est
vel quando atro colore nigrescit, melancholici humoris confluxus
sicuti quando cum albore quodam pallet, vitiatum phlegmatis signum
est; Signum quoque de aëre stratus fati-
lere fatali in extre-
fidia suis
tius Oeco-
Sy-
tenda M-
sus capi-
ctas hab-
ctoris ar-
ce vom-
turis ar-
tes alvi-
jam, si p-
Ca-
ti comm-
& phren-
virulent-
res in eju-
nas pest-
humor-
diximus
in venti-
chi dolo-
am seu
tension-
dion vola-
tredinis
tem illa
nigredin-
putridor-
denique
ca cereb-
mus; qu-
est, man-

est; Signa uti plerumque in medio inflammationis oriuntur; ita quoque de ægri cura conclamatum esse censeas, cum æger virium prostratus robore, dum, quo circumdatur, malum omni conatu dispellere fatagit nec potest, sit ut hujusmodi maculis pustulisq; tandem in extremam cutis superficiem diffusis, inimicus intra murorum præsidia suis intentus rebus, omnia susque deque vertat cum ultimo totius Oeconomiae interioris exterminio.

Symptomata verò & horrenda stratagemata, quibus in evetenda Microcosmi Republica virulentus Monarcha utitur, sunt intensus capitis dolor cum vigiliis, insomniis; qui pedisseqvas sibi adjungas habent dementiam, cordis afflictissimi angorem, internum pectoris ardorem, extremum cibi fastidium & nauseam; succedunt hinc vomitus, animi dejectio, præcordiorum tensio, sitis ingens, gutturis ardor, lingvæ scabrities & livor, halitus graveolentia, frequentes alvi dejectiones, & tandem sanguinis è naribus profusio. Sed jam, si placet, causas singulorum amplius explicemus.

Capitis dolorem biliosi pestiferi veneni vapores in caput sublatis commovent, qui si inflammati in incendia erumpunt, dementiam & phrenesin efficiunt, uti supra dictum fuit. Cor angore conficitur & virulenta illa putredine, qua vel ejus substantia infecta est, vel humores in ejusdem latentes ventriculis, ejusdem putredinis ardore internas pectoris partes vellicant. Cibi fastidium, vel calor febrilis, vel humor putridus in stomachum infusus creat, quo utroque eam, quam diximus intemperiem incurrit; accedit hinc, quod putredinis vapor in ventriculum elevatus morsu continuo vellicans orificium stomachi dolorem, nauseam quoque, vomitum, singultum & Lipothymiam seu animi deliquium unà secum adducat. At præcordiorum tensionem humores gignunt in visceribus subjectis retenti, quam *διονοία* seu spirandi difficultas consequitur. Internus quoque putredinis vapor in fauces gutturisq; concavitates derivatus, vehementem illam, quam experiuntur, sitim causat, cum lingvæ scabritie & nigredine consequente. Alvi frequentes dejectiones, humorum putridorum in intestina desluentium impetus concitant; sanguinis denique profusionem è naribus ex biliosa evaporatione sanguinis circa cerebrum densioris resolutio efficit. Ex his igitur, quæ exposuimus; quomodo putredo (& ex illa pestis) per contagium propagetur, manifestum est.

*Alia pestis
Symptomata.*

*Causa singularium
Symptomatum.*

Putredo quippe hæc fordida & virulenta per expulsiōnem cal-
 nativi contracta, est unica & verissima contagionis causa; siquidē
 illa in viventibus adhuc efficit auram vitalem, qui in aëream expulsi-
 tus secum corpuscula supramemorata, quæ, uti dixi, sunt ipsius an-
 vitalis jam infectæ tenuissimæ quædam portiunculæ, unâ emittit
 quæ cum lentæ, viscosæquæ sint & mira quædam tenacitate pollem
 circumfisis sibi rebus, linteaminibus, culcitris, lecto, stragulis, ve-
 bus circumstantium adhærentes, in conclusi denique cubiculi ob-
 res earumquæ poros, altius se insinuant; unde fit, ut mox tum p-
 primum attactum rerum hæreant manibus, earumquæ poros forim-
 cus penetrantes, tum per anhelitum quoque intus attractæ, intus
 ræ vitalis officinam inficiant, illæ per subcutaneos meatus propa-
 tæ putredine sua latentem humorem intercutaneum inquinant; quæ
 que hoc pacto prima ponuntur contagionis exordia, quæ deinde ali-
 quoscunque præsentis simili fœtura inficere possunt. Porro in
 daveribus hujusmodi contagionis vis potissimum exeritur; cum
 nim expulso calore nativo spirituumque naturalium dominio extincto
 sola putredo in exanimi corpore dominetur, fit, ut ea suæ in totum
 daver jurisdictionis potestatem exerceat, quæ in vasum cadaver,
 tredinis quippe serpentis vi in omnia totius corporis tam intrinseca
 quam extrinseca membra propagatâ, totum in tabum diffluit; atque
 sub hac putredine, vera latent pestis semina, quæ tum internæ &
 regrinæ putredinis, tum externi in aëre latentis caloris malignitatis
 excitata, undique & undique dicta corpusculorum effluvia dum ex-
 runt, mox tanto periculosiora fundant contagia, quantum majori
 gore & efficacia prædita fuerint; quemadmodum verò hujusmodi
 corpuscula ut plurimum vita carent, ita externi caloris ambiente
 simili jam inquinamento infecti efficacia mox in innumerabilem
 sensibilibus vermiculorum sobolem excluduntur, ita ut quot corp-
 cula in effluvio concipiuntur, tot inde vermiculos enasci certum
 adeoque non jam vitæ expertia, sed animata effluvia dici possunt.
 Paradoxa forsan Lectori hæc videbuntur, sed ubi experimenta
 multorum annorum spacio per exquisitissima Smicroscopia cor-
 probata penitus perceperit, hæc ita sese habere non tantum credidit
 rum, sed & proprii experimenti veritate doctam, ultrò, quæ diximus
 attestaturum confido. Verum ut hæc luculentius ostendantur
 § § ea diducere visum fuit.

*Effluvia
 pestifera
 ex cada-
 veribus peste
 extinctiorū
 emissa con-
 tagii cau-
 sæ.*

*Putredo in
 Vermiculos
 animata.*

C
 Um
 sistit
 alte
 factio ap
 D
 fit, vel ip
 putrido
 putrefac
 element
 ni mixta
 fit ut cal
 um quid
 atque h
 vulgò Pl
 nonnull
 actione
 rumpitu
 dum hæ
 fit ut ill
 tium pro
 inductio
 Pr
 putredin
 venenat
 spelunci
 mixtura
 è vario
 excludu
 in verm
 bus, tum
 intra hu
 tracta m

§. I.

Omne putridum ex se & sua natura vermes generat.

Cum omnis generatio in calido & humido teste Philosopho consistat; duplex hic corruptio considerari potest; una naturalis, altera præter naturam specialiter adveniens; quæ propriè putrefactio appellari solet.

*Theophil.
lib. 3. c. 27.
Plin. lib. 11.
c. 23. § 35.*

Dico itaque nullum esse vivens, quod putredini non obnoxium sit, vel ipso Philosopho teste. Quod ut intelligatur, notandum, ex putrido formaliter nullum vivens nasci posse. Verùm cum id quod putrefactum est, mistum, separatione partium impurarum à puris, in elementa sua resolvatur; puræ verò partes mixto naturales putredini mixtæ calore agitentur; natura verò optimum semper intendat; fit ut calor externus dispositam jam materiam, non in excrementitium quid, sed puriores mixti partes in animatum quodpiam excludat; atque hæc unica causa est originis viventium ex putri. Quod verò vulgò Philosophi dicere solent, ex ipsa & sola putrefactione animalia nonnulla gigni; id verum est, si totam mixti corruptionem sub una actione fieri concipiamus; quoniam verò nullam mixtum ita corrumpitur, ut non aliquæ partes puriores mixto naturales maneat; dum hæc excrementitiarum ex putredine partium fuligine tinctæ sunt, fit ut illæ calore externo agitatae, similem qualitati partium tingentium prolem excludant. Sed jam propositionis nostræ veritatem inductione rerum comprobemus.

*Arist. l. 2.
de hist.
anim.
Omnia Sententia putredinis obnoxia esse.*

Primò videmus terram in interioribus visceribus ex nescio qua putredine, non omnis tantum generis infecta, sed & varia animalium venenatorum monstra, uti serpentes, rubetas, dracones in antris & speluncis montium humiditate & varia virulentarum quisquiliarum mixtura ortos progignere; quæ eadem ex stagnis, lacubus, maribus è vario terrestrium partium confluxu externo ambientis aëris calore excluduntur; quin & aquam vasi conclusam solique expositam mox in vermes animari, quotidiana docet tum in maritimis navigationibus, tum intra privatos domuum parietes, experientia. Quis nescit intra humani corporis viscera ex putredine è vitiatò nutrimento contracta mox vermes scaturire; imò putredine intra subcutaneos meatus

Terra virulentos fetus ex putredine educit.

tus

tus serpente, humoreq̄ve corrupto penitus totum corpus vermibus animatum paulatim, quemadmodum in phthiriasi fit, & dracunculis, qui sunt vermes dorsum infestantes, perq̄ve ejus regionem caput exerentes, depasci consumi q̄ve.

Secundò: nulla est plantæ species, quæ non appropriatum sibi ex mucore vermem generet; quod Smicroscopii arcanum ultimis hifce temporibus detexit, & postea comprobabitur; quin & acetum, lac, sanguis febrientium vermibus plena sunt, tametsi oculo non armato insensibilibus.

Tertio. In cadaveribus verò tum hominum tum brutorum in illa putredinis in vermibus generandis efficacia potissimum elucescit. Quæ cum vulgo nota sint, & Aristoteles, Theophrastus, Plinius sat superq̄ doceant, iis recensendis non immoror.

Quartò. Aqua per vaporem elevata, aër, grando, nix vermibus scatent. De nivibus docet Plinius; de grandine Cornelius Gemma; de aëre Georgius Agricola, & vermium, ranarum, aliorumq̄ insectorum (quæ per pluviam subinde in terram decussa fuisse, historiae docent) repentina genesis ostendit. Vix quoq̄ lignum aut fructus, aut quodcumq̄ aliud mixtum assignari potest, quod non suam generet in exitium generantis sobolem, juxta illud Lucretii

— *Obnoxia cuncta putrori*

Corpora putrores insecta animata sequuntur,

Quemadmodum itaq̄ve nullum vivens ali potest, nisi ex iis rebus, quæ quandoq̄ve vitâ imbutæ fuerint, ita nullum quoq̄ve corrumpi potest, nisi ex iis rebus, quæ quandoq̄ve vitam habuerint. Si dicas, ex elementis aëre, aqua, terra gigni, uti dictum est, varias insectorum species. Respondebo, ex inanimato corpore, cujusmodi sunt elementa & mineralia, prout in simplici sua natura considerantur, nullum animatum produci posse; productum tamen ex variis vegetabilis sentientisq̄ naturæ seminibus per elementaria corpora huc illucq̄ dispersis, ex quorum cum humido tum aëri tum terræ in existente commistione, externi caloris ambientis vi excluduntur in animal vivens. Cum

itaq̄ putredo quarumcumq̄ rerum à vivente originem suam trahat, illa mox ad proximam dispositionem in vivens animatur, ut hoc patet, unde originem suam traxit, eidem restitatur. Verum ut Lector admirandam naturæ vim propiùs intueatur, dicta hucusq̄ experimentis irrefragabilibus comprobanda duxi,

*Arist. l. 4.
de Gen. c.
26 Theoph.
l. 4. c. 27.
Plin. l. n. c.
34.
Lib. de di-
vinis nat.
charact.
Lib. de ar-
te metalli-
ca.*

*Quomodo
subinde
vermes in-
tra saxa
generen-
tur.*

*Omne vi-
vens pu-
tredinis ob-
noxium est.*

§. II.

Experimenta confectaria.

A Erem, aqvam, terram innumerabilibus infectis scaterere, adeò certum est; ut id etiam ad oculum demonstrari possit. Notum quoq; hucusq; est omnibus, vermes e putridis corporibus scaturire; sed non nisi post admirandum Smicroscopii inventum, omnia putrida innumerabili vermium oculo non armato insensibilium foetura scaterere, cognitum fuit; quod & ego nunquam credidissem, nisi frequenti multorum annorum experimento id comprobassem. Quod ut patefiat, sit

*Omnia pu-
trida ple-
na Vermibus.*

Experimentum I.

Accipe particulam carnis, quam noctu lunari madori usque ad sequentis diei exordium expositam relinques, deinde illam attentè Smicroscopio contemplaberis, & reperies, totam à Luna contractam putredinem in innumerabiles vermiculos diversæ quantitatis degenerasse, quos tamen seposito Smicroscopio nullo visus acumine deprehendere queas, exceptis iis, quos moles notabilis, in quam creverunt, sensibiles facit. Idem experieris in caseo, lacte, aceto, similibusq; putredine redundantibus corporibus. Smicroscopium tamen non putes vulgare esse debere, sed diligenti non minus quam perita manu elaboratum; cujusmodi mihi est, quod objecta millies majora quam in se sunt repræsentat.

*Caro rari-
ssima Ger-
mibus ple-
na.*

*Lac, case-
us, aceturus
Germibus
plena.*

Experimentum II.

Si serpentem in minutas partes conscissum pluviali aqua maceratum Soli ad nonnullos dies exposueris, deinde terra per integrum diem & noctem sepelieris, & postea exceptas putredine flaccidas partes Smicroscopio examinaveris, invenies totam illam putredinem tanta serpentulorum pullulantium multitudine scaterere, ut nemo adeò Lynceus sit, qui eos numerare possit; quod idem subinde sensibili intuitu comperies in serpentibus occisis & putrefactis; idque de omni serpentum genere verissimum esse jam olim fusè docuimus in Arte Magnetica.

*Serpentes
putrefacti
pleni Ger-
mibus.*

Experimentum III.

Salviam non lotam oppidò noxiam fumentibus esse Matheio-
lus,

*Salvia ple-
na araneo-
lis.*

*Nulla plā-
ta est, ex
cujus pu-
tredine nō
differentis
speciei in-
sectum na-
scitur.*

lus, Fuchsius, & complures alii Botanici fatentur; imò nonnullos, testis est Mizaldus, ejus esu derepentè concidisse mortuos; causam in nescio quas rubetas suo radices intoxicantes halitu conjiciunt, at ego aliam hujus rei causam detexi, dum enim Smicroscopii ope minutius hujus plantæ constitutionem examinarem, adverti tandem foliorum asperitate quædam pollutum extrinsecam superficiem totam opertam veluti araneorum texturâ quædam; intra quam minutissima animalcula comparebant, quo labori perpetuo insistebant, cum bullulis quibusdam veluti ovis superficie offusis; quæ uti procul dubio foetura quædam animalculorum istiusmodi est, ita virulento suo humore ingentem homini noxam adferre possunt. Quæ tamen vel digito absterfo folio, aut aquâ loto, statim disperebant; unde veram causam perniciosâ qualitatis Salviæ non lotæ collegi. Si porò experimentum in reliquis herbis feceris, summa admiratione reperies, nullam herbam esse, ex cujus madore seu mucore putrido non insectum quoddam emergat, quod primò quidem se sub minutissimi vermiculi, aut eruculæ figura spectandum exhibet, mox alas acquirit & in papilionem vel alterius cuspisiam volatilis insecti speciem, juxta herbæ plantæve conditionem transmutatur; quæ omnia frequenti experimento mihi comperta, aliis etiam, qui ejusdem rei periculum facere volent, constare possunt.

Experimentum IV.

*Ligna ca-
rio exesa,
plena ver-
mibus,*

*Sapientia
conditoris
in minu-
tissimis re-
bus.*

Si cariosum cujuscunq; ligni pulverem Smicroscopio examines, immensam vermiculorum pullulaginem, quorum nonnulli corniculis instructi, quidam alatum quid affectant, aliqui polypodiis vermibus non absimiles reperiuntur; oculos quoq;ve instar punctorum nigrorum cum proboscide advertes; ut proinde Deus Opt. Max. non tam in vastissimis Mundi corporibus, quàm vel in minutissimis, & omni visus acumini imperviis animalculis mirabilem se ostenderit, cum singula iis membris instruxerit, sine quibus nec movere se, nec ullos vitales actus exercere possent. Cum autem illa ipsa extra omnem sensus attractum ob exiguitatem corpusculorum posita sint, quàm in iis corculum exiguum? quàm jecusculum aut ventriculum, quàm cartilagine & nervulos, motus instrumenta parva esse oportebit? Visui non armato minutius animal acarò non occurrat, utpote

utpote candidi puncti similitudinem præ se ferente; quod tamen Smicroscopio visum, animal pilosum & prorsus urso simile nobis exhibetur.

Experimentum V.

Accipe phialam aquâ ad medietatem refertam, intra quam pulverem terræ insperges, qui subitò fundum petet, & sic per aliquot dies phialam æstivo tempore Soli expositam, usque dum aqua ad putredinem vergat, immotam relinques; & observabis (aquâ ad putredinem vergente) in fundo phialæ, ex aquæ seu pulveris injecti sedimento, veluti bullulas quasdam emergere, quarum singulæ succedentibus diebus in minutissimos vermiculos animantur, qui miros per aquæ meditullium jocos lususque exercent; atque ad maturitatem perducti, tandem ad humidi & ficci aëris confinia transmigrantes in alatos Cyniphes ingenti numero animantur, aëriqve commissi ea importunitate & molestiâ homines & animalia vexant, quam omnes æstivo tempore, & potissimum noctu cum doloris sensu, atque indignatione experiuntur.

Origo Cimiphum.

Experimentum VI.

Omne vivens ex putredine sua educit animal quoddam naturæ viventis congruum, & à cæteris omnibus differens; quod uti in herbarum differentium speciebus verum per experimentum comprobavimus, & ex frumento, in alatos vermes animato constat; ita in animalibus tam perfectis quam imperfectis certissimum est. Bos mortuus & in putredinem versus in apes animatur, de quo vide Obeliscum Pamphilium nostrum, hieroglyphico de Bove; Equi vespas & scarabæos vivi & mortui gignunt; unde ex iis, ex quibus sunt, in nutrimentum suum, sanguinem magna animalium molestia exugunt. Homines cimices, pediculos, pulices (uti & nonnulla bruta) generant, qui iis proinde familiares, ad vitiosum sanguinem eliciendum à natura instituti sunt. Cadaver verò putredine spurcum vermium fit seminarium. Reliqua verò insecta putrefacta, similis sibi natura animalia generant. Ex his recensitis luce meridianâ clariùs patet, ut quemadmodum omnia putrefactioni obnoxia sunt, & corruptio unius est generatio alterius, ita nihil ferè in rerum natura esse possit, quod animal ex putrefactione sui non edat. Ex putrefactione itaque

Omne Vivens ex putredine sua generat animal quoddam naturæ viventis congruum.

Generatio animalium ex brutorum cadaveribus.

& ex limo varia feminum commistione referto, ex stirpibus animalibus vivis & mortuis, producuntur,

Plin. l. II.
c. 23.

Ex limo & putrescente materia omne animalium testaceorum genus nasci asserit Arist. lib. 5. de hist. anim. cap. 15. Ranae in limum, ex quo fuerunt, post semestris vitae spacium resolvuntur, ut renascantur. Et terra imbribus offusa Cossi, tabani, & arescente humore culices; ita Plinio teste, teredo sive tineae ex humiditate ligni putrefacti genita, ubi tantum corroserit; ut se circumagat, alium sibi similem generat vermiculum. Pulvis in veste lanca tineas generat, quae & in chartis cum natura arescit, nascitur. Natura itaque ad generationes rerum promovendas adeo sollicita est, ut ubi cunqve repererit dispositionem, id est calorem cum proportionata humiditate, ibi animal mox excludat; sic flatibus austrinis stirpes putrescunt, & in radicibus generant vermes Theophrasto teste: hoc pacto Ipes in vitibus, in oleis campae, in oleribus erucae; ex pinu pyriocampae *populatq, ingentem farris acerum Curculio*, tritico & hordeo infestissimum animal. Quae quidem insecta, si exactius armato oculo aspexeris, mox novum ei minimorum animalculorum examen adjunctum reperies; uti non ita pridem in scarabeo experti sunt, duo magno nominis Societatis nostrae viri. Experimento pariter mihi non ita pridem innotuit, Araneos in capturam muscarum intentos, mox ac reti suo involutos offenderit, in foramen vicinum deponere, quod si per Smicroscopium examinâris, innumerae mox vespulae comparebunt, quae quidem excludi non potuerunt, nisi ex incubitu quodam, aranei; unde verum esse cognovi, quod jam olim Aristotelem quoque observasse lib. 5. de histor. animal. cap. 20. de vesparum genesi traditur. Innumera hoc loco ex omnium viventium classibus producere possem, sed quoniam haec ad instituti nostri comprobationem sufficiunt, iis non amplius immorabimur. Hoc unicum assevero, omnem putredinem insita sibi ad animalium generationem quaedam seminaria habere; quae mox externo & oportuno calore in supra memoratam vermium colluviem erumpunt tantò quidem perniciosiorem, quantum ipsa putredo ex peregrina & spuria quaedam degeneratione virulentior est. Quibus quidem praemissis jam ad pestis ipsius contagiosam propagationem calamum nostrum convertamus.

Generatio
ex stirpibus,
Theoph.
lib. 3. c. 17.
yng.
Georg.

CAPUT VIII.

*Putredinem cadaverum peste infectorum ex profluvio
corpuseulorum tum animatorum, tum inanimato-
rum contagionis causam esse.*

Pestiferum virus ab homine haustum attractumque mox spiritibus internis unà cum nativo calore profligatis, humorem latentem protinus sua virulentia ad putredinem disponit, quo disposito fœtor sequitur pestifer, quo corripiuntur qui aut vicinius sese sistunt infirmo, aut pannis halitu jam infectis. Est autem hic halitus nihil aliud, quàm evaporatio humoris putridi; evaporatione verò ex innumerabilibus & insensibilibus corpusculis composita, ubi auram liberiolem inveniit, mox sese dilatando omnia circumfusa virulenta contagii sui virtute inficit; quæ cum eadem virtute exitiali, qua putredo, cujus particulæ sunt, consent, illa intra corpus vel per inspirationem assumpta, vel pannorum intimis receptaculis insinuata, mox id efficiunt, quod in eo unde profluerunt, subiecto. In cadaveribus verò toto corpore in tabum diffuente illa corpusculorum effluvia non tantum inficiunt propinquos, sed & in animata minutissimorum & insensibilium animalculorum sobolem abeunt, quæ primò linteis, pannis, lignis, & quicquid tandem porosa & rariori materia constat, illi altius inspirata, humorem inibi latentem unà secum contaminant; unde fit, ut vel ad primum contactum, haud secus ac ad contactum olei, illa se manuum digitorumque poris insinuata virulentiam contrectanti communicent; vestibis quoque hac fœtura contaminatis ubi usi fuerint, fœtura per calorem excitatâ per cutis poros reliquo corpori atque unà cum inspiratione intus hausta, eos operatur effectus, quos pestiferi magno suo damno experiuntur.

*Halitus pe-
stifer quid?*

*Quomodo
corpuseula
propagantur.*

*Effluuium
est anima-
ta fœtura
vermium.*

Hæc verò effluvia animata esse ex insensibilibus animatis corpusculis constituta, patet ex vermium quæ ex eisdem corporibus scaturire solent, multitudine, quorum nonnulla in sensibilem molem excrescunt, quædam in insensibilis magnitudinis statu permanent, tanto tamen numero multiplicata, quantis corpusculis seu particulis, quorum non est numerus, constat effluuium; quæ cum subtilissima

tenuis-

*Comodo
duret pesti-
fera jactu-
ra.*

tenuissima & levissima sint, non secus ac atomi minimò aëris flatu agitantur; quoniam verò lentore quodam constant, & glutinosa tenacitate, facillimo negotio intimis pannorum, funium, linteorumque fibris sese insnuant; imò quicquid porosum est, uti ligua, ossa, suber, quin & metalla subtilitate sua penetrant, ibique nova fundunt contagionis seminaria; & uti tenuissima sunt, ita longissimo temporis spatio, solo extrinsecus advenientis, & potissimum ab aëre circumfuso attracti humidi succo vivunt, quem & in suam virulentam substantiam mox convertunt. Hinc adeò difficulter virus à similibus rebus abstergitur, nec non nisi longis ablutionibus, aceti & lixivii frequentibus expurgationibus, ac quod omnium receptissimum remedium est, ignis flamma consumuntur; hinc vestes & simili contagione infecta supellex aliò translata, tragicas nullo non tempore catastrophas excitarunt; dum repentina & inexpectata contagione non urbes tantum, sed & provincias & regna in vastitatem deduxerunt. Vidimus modum & rationem, quæ contagium propagari solet; jam dicta exemplis confirmemus.

Exempla

Quibus, quæ de contagionis propagatione hucusque dicta sunt, confirmantur.

*Cardan. l.
de Senen.
Pulsus ter-
ra in Ger-
miculos a-
nimatus.*

*Lib. de
peste.*

Putredinem contagiosam in vernis animari, qui funesta sua strage Urbes populosque devastent, multæ historiæ narrant. Refert Cardanus suo tempore pestem sævissimam Mediolani excitatam fuisse ex infinitis vermiculis; sive ex pulveribus terræ, sive ex aëris contaminati effluviis generatis, non refert: certè mortalitatem tantam fuisse scribit, ut urbs ingens omni habitatore orbata multis mensibus moesto lugeret silentio, unde qui paulò ante dicta penitius examina veris luculenter videbit, effluvia animata aliunde vel ventis allata, vel infecti aëris putredine genita pulveribus terræ commixta aut fructibus arborum cohærescentia, tantam excitasse catastrophem. Hanc confirmat alia, quam Georgius Agricola notat historia, suo tempore pestem extitisse, quæ originem suam ex fructuum, pyrorum pannorumque esu traxerat; ejus enim conditionis fuisse scribit, ut mox comestis fructibus, peste correpti intra paucos dies decederent; cujus

quæ

quidem rei ratio alia esse non potuit, nisi effluuii dicti aliunde aut per ventos translati, aut ex aëre putrido & infecto geniti virulentia. Addit enim, plerosque fructus ingenti insensibilium ferè vermium multitudine scatuisse; unde mirum non est, veneno pestifero fructuum substantiam inquinatam, tantam in corporibus humanis stragem edidisse. Ex quo patet, quàm periculosum sit, contagionis tempore fructibus sine ulla adhibita discretione saturari; nam, uti supra diximus, cadavera pestifera lue polluta mox in aërem magnam animatorum effluuorum multitudinem diffundunt, quæ liberiori aëri concredita per ventos in circumsitae arbores herbasque distillata, omnia putrido suo lentore inficiunt, unde proxima edentibus ruina imminet funestissima; gaudent enim hujusmodi humore, qualis in fructibus & herbis est, ad putredinem inclinato. Narrant pariter in hac postrema Neapolitana peste homines plerosque extra urbem fame stimulos, dum panis copia non suppeteret, solo fructuum esu concidisse exanimes; fieri enim non poterat, ut innumerabili cadaverum multitudine, quæ ingentia putris sobolis effluvia diffunderent, fructus non inficerentur.

Refert Cardanus ex veterum relatione, tres milites quondam thesauri reperiendi desiderio in Babylonia arcam quondam aperuisse, ex quo tanta derepente multitudo vermium cum tam intolerabili fetore erupit, ut peste protinus inuasi universum exercitum, hic verò totam Asiam cum infinita mortalium strage infecerit. Narrat quoque supracitatus Agricola, in Germania linteamina pestifera lue extinctorum cuidam muro eo sine conclusa fuisse, ut suo tempore usus eorum esse posset; quæ tandem post multos annos extracta, vermibusque referta, cum ingenti mephyti, mox eruentes infecerunt; hi dein urbem & circumjacentem regionem peste truculentissima devastarunt; effluvia enim ex prima contagione linteis insinuata, & intra murum conclusa ad multos annos perdurarunt; cum enim hujusmodi murorum conceptacula ut plurimum, eò quod aëris motu purgari nequeant, putrido & fetulento aëre polleant, quo effluvia hujusmodi non tantum nutriuntur, sed & in magnum sensibilem, vermium & numerum & molem ex humidi proportionati pabulo excrescunt; certum est, illa uti prius originis dotibus non sunt destituta, ita aëri concredita iis maximè in humanum genus deservire.

Patet

*Pestis ex
esu fru-
ctuum.*

*Card. lib.
de Senen.
Historia de
aperto se-
pulchro.*

Cur subinde de repente pestis oriantur.

Patet itaque quomodo subinde de repente in aliquo loco, nullo aut infecti aëris aut in circumjacente regione contagii indicio comparente, ex improvise homines sævissima pestis contagio adoriatur, quæ plerumque ex hujusmodi animati fomitis ex occultis latibulis in lucem extracti diffusionem contingit. Experta est magno suo damno tum Roma tum aliæ urbes, quæ profligatam jam quasi pestem, dum infecta supellex ex abditis locis (quibus eam indiderat stulta quorundam temeritas) extracta, integras denuo domos, vicisque infecit, extinctisque peste majores progressus factura, nisi summa præsidum cura malo serpenti maturè & oportunis subsidiis, occurrissent. Innumera hoc loco hujus farinae infelicis fortunæ casus adducere possem; sed cum hæc ad instituti nostri rationes comprobandas sufficiant, & in sequentibus ea fusiùs simus explicaturi, ad alia procedimus. Sed dicet forsitan non nemo. Si effluvia per ventos delata, contagionis causa forent, totum paulatim mundum in ruinam duci posse; dum hæc successiva propagatione delata primò hanc, deinde hæc aliam, tandem hæc eadem aliam atque aliam regionem inficere possent. Respondeo, hoc fieri non solere ob diversos & disparatos regionum situs, naturam, proprietates, uti & ventorum usus dominantium aërisque diversam constitutionem. In locis enim frigidiori cælo gaudentibus, tantùm abest ut fœtura pestifera duret, ut potius quantocyus tum siccitate aëris, tum nativa regionis proprietate destruat. Hinc maximè tempore luis Boreales venti appetuntur; contra Australes tanquam contagionis fomentum quoddam abominationi sunt omnibus. Accedit exhalationes subterraneas quorundam locorum, vi loci ita pesti contrarias, ut mox unum alterum conficiat, uti ex sequentibus patebit.

Quomodo fœtura exanimatur.

Consuetudines novæ jam traditæ doctrine.

Cibi omnes aliqua subinde putre-

Ex hac nova per experimentorum irrefragabilium demonstrationem stabilita doctrina luculenter patet plerosque abditos & Medicis incognitos malignantis naturæ morbos ut plurimum à virulenta quadam, & peregrina putredine pendere, quæ cum tempore animata, uti in verminosam quandam atque insensibilem sobolem degenerat, ita peregrinam quoque exoticorum symptomatum, quorum causas difficulter assignant Medici, catastasim causant. Quomodo enim

enim

enim nullum cibi genus adeò sanum est, quod non subinde hujusmodi verminosa foetura obnoxium fiat; ita in corpore humano vix ulla vitalium operationum officina est, quæ non interdum hac corripitur. Nam ut scitè in aureo illo divinorum naturæ Characteris morum libro attestatur Cornelius Gemma nobilissimus juxta ac politissimus Scriptor; foeminae cujusdam, post vehementissimos & diuturnos maximè cruciatus, nec quicquam proficiente universa Machaonis officina, post mortem dissectam calvariæ, magnam mox putredinis vim ostendisse circa substantiam cerebri, inter meninges verò tum vermiculorum, tum cimicum copiam incredibilem; ut nemini adeo mirum videatur illud Hollerii de Scorpione intra cerebri substantiam nato. Intra Hepatis substantiam cujuspiam alterius viri post mortem secti, insignem vermium foeturam incogniti morbi causam fuisse idem refert. Et si universam Medicæ disciplinæ historiam evolvamur, inveniemus non solum inter præcipuas humani corporis officinas, cordis, hepatis, cerebri, renum, splenis, vesicæ, stomachi hujusmodi foeturam ex spuria putredine pullulasse, sed & in ipsis sanguinis canalibus, intestinorumque voluminibus, miris variisque modis prognatam fuisse, ut interim intercutaneos recessus sileam, quos nullo non tempore etiam in sanitate integra constitutis hominum corporibus hujusmodi scateret; acari, cimices, ascarides, pediculi, pulices sat superque testantur. Quemadmodum scitè in suo de viva mortis imagine libello *Augustus Hauptman nobilis Saxoniae Medicus* demonstrat. Cum enim unanimi Medicorum sententia, morborum omnium causa sit abdita quædam inter occultos humorum recessus putredo; putredo verò omnis vel ad proximam dispositionem vermes nullis sensibus pervios progeneret; pro varia verò humorum discrasia putredo pro combinationis humorum malignantium lege varia, virus diversum, diversasque in operando vires acquirit; tales & foeturam inde pullulantem nancisci necesse est tanto utique perniciosiorem, quanto virus animatum inanimi violentius est. Hæc siquidem pedetentim disseminata, primò humorum massam inficit, deinde serpendo viscera rodit, virusque per intimas corporis fibras spargendo horrendis symptomatum paroxysmis, hominem paulatim ad ultimum vitæ exterminium disponit. Mirantur Medici in exoticis morborum quorundam constitutionibus effectus pœnè

dine obnoxia sunt.

Cornel. Gemma l. de dis. nat. Charact.

In cerebro humano Scorpiones & cimices nati.

In ipsis Sigitalibus membris nascuntur Vermes.

Putredo causa omnium morborum exoticorum.

Propagatio putredinis.

prodigiosos & præter naturæ ordinem evenientes; tentantur omnia, Pharmacopolia pænè suis vacuantur medicamentis, nulla tamen spe salutis promovendæ relicta: qui si latentis inimici molimina ritè dignoscerent, forsàn in optatum tandem sanitatis portum per appropriata Medicamenta infirmum constituerent; sed sobolem ex propriis visceribus genitam subinde circumferimus, tantæ contumaciæ, ut ejus auxiliares copias si in uno loco prostraveris, easdem in altero mox repullulasse comperias. Serpit enim cœcis vis insinuata latebris, violenti ignis impetu omnia evertit, & conficit cum inexplicabili infirmorum afflictione, non nisi morte terminanda.

*Gerimus
intra nos
semina
morborum
exotico-
rum.*

Habes hic benigne Lector meam de morborum quorundam abditorum causis sententiam, prima fortè fronte paradoxam, sed nulla ratione absonam iis, qui, quæ in præcedentibus de peste animata retulimus, æqua rationis trutina ponderaverint.

CAPUT IX.

De variis differentiis pestis, & causis earum.

EX omnium historiarum autoritate constat, pestem non isdem omninò, sed diversissimis Symptomatis homines in diversis terræ partibus vexasse; quæ omnia ut exponantur, jam ordinis ratio postulat. Quemadmodum itaque Catarrhus pravis dispositionibus imbutus pro membrorum, quæ impetit, vario temperamento, varia morborum genera inducit; si enim falsus pulmonis se recessibus insinuaverit, phthisia; si tartareus, in pedibus podagram; in genibus gonagram, in manibus chiragram causat; si putridus, in stomacho nauseas, vomitus & appetitus dejectionem efficit; si biliosus, sanguinem in febres accendit, & sic de cæteris: Ita de vapore pestifero, sive suos in terra, sive in aqua, sive in aère natales habuerit, dicendum est; siquidem pro rerum, ex quibus excoquitur, conditione & mixturâ catastasi morbos omninò pestiferos diversæ qualitatis proprietatisq; conciliat. Hinc in nonnullis pestibus, virus contagiosum in omnibus solos oculos infestasse legimus; alio tempore gutturis concavitatem invasisse referunt: ut Venetiis teste Mercuriali, eam, quæ vulgò Giandussa dicta. Anno 1617. diuturnis pluviarum diluviis camporum pascua cœno oblita, non nisi virides

*Mercurial.
lib. de peste.*

virides comas limoso solo, nec dum ritè decoctas exerebant; quas armenta bouum carpentia, repentina putrilagine in faucibus conceptâ, suffocata interibant; vixqve eneçta, bubulcis colonisqve nil sibi tale verentibus, mox pœnitendam cedebant in alimoniam; par namqve calamitas saturos adoriebatur commessatores; neqve iis contentâ lue, quin & contubernalibus infestâ; peregrinus hic hospes Neapolim involavit, ubi ad sexaginta millia infantium (hanc enim ætulam cumprimis adoriebatur) præter innumeros cujusvis ætatis & conditionis homines, qui contagiosa hac lue ab incolis (malè in canna) nuncupata, intra septimum ab invasione diem, nil proficientibus antidotis, extincta sunt; causa fuit virulenta veneni concepta in putredine evaporatio, cujus proprietas fuit, acidæ cujusdam & constringentis qualitatibus vi, primùm obvia faucium gutturisqve latibula infestare, & inflammatione ex consequente calore tumefacta, spirituqve intercluso laborantes sine remedii spe suffocare; quem effectum & nonnullæ aquæ minerales præstant. Meminit Mercurialis alterius cujusdam pestis, quæ pedes, tibias, atqve os potissimum infestabat, atqve hoc pacto intra triduum omnes correptos expediebat; cujusmodi quondam Hierosolymæ ortam fuisse referunt Historici apud eundem. Nascitur ut plurimum in Anglia pestis quædam, quem Anglicum sudorem vocant, quo quicumqve correpti sunt, inter exiguum temporis spacium sudoris vehementia toto corpore colliquescente, extinguntur; causa, veneni qualitas est, totius corporis substantiam in humores resolvens; quemadmodum in venenis quibusdam eadem proprietate pollentibus contingere posse refert Cardanus. Fuit & alia pestis notata à Georgio Agricola, quæ homines veluti stupefactos sideratis omnibus membris conficiebat; quos & alia pestis è contra totos in putredinem verminosam resolvebat; prioris causa fuit veneni vis similis aspidi, cujus morsu homines siderati, omni motu destituuntur, nervis potissimum infestæ; posterioris verò causa est veneni vis contraria, similis iis serpentibus, qui quos momorderint, mox omnibus membris putrescentibus in tabem verminosam resolvunt. Pestem communem, etsi eadem vi polleat, diversos tamèn effectus operari non quoad se, sed quoad diversa hominum temperamenta, testatur pestis Atheniensis, quæ teste Thucidide, & Lucretio, in quibusdam sævas alvi proluvia, in

Malè in canna dicta contagio Neapolitanæ.

Mercurialis. Contagio pestifera quæ tibias, pedes & os infestabat. Sudor Anglicus.

Pestis stupefactiva.

Pestis resolvens corpus in Serpentes.

Pestis diversæ est variatione diversitate temperamentorum.

*Tarantula
Sic.*

*Venenum
pestis pro
Varia pu-
tredinis
ratione va-
rium est,
Variosq; ef-
fectus pro-
ducens.
Pestis pue-
rorum tan-
tam fami-
narum
gradida-
rum.*

*Ratio diffe-
rentium
effectuum.*

*Pestis Sic-
torum.*

nonnullis copiosum è naribus sanguinem evocabat. Nec deerant, qui peripneumoniæ angustis plerumq; vexarentur. In aliis dysenteriacas intestinorum exulcerationes, subinde lientericis affectibus junctas efficiebat; quæ omnia una & eadem pestis contagio in diversis hominibus, teste Thucidide, operabatur; haud secus ac tarantulæ virus, unum & idem specie, diversissimos tamen effectus pro varia hominum tarantismo affectorum conditione, & naturali temperamento, operatur; de quibus lege, quæ fusissimè de tarantulæ veneno olim in arte Magneticâ tradidimus. Ita dico comparatum esse pestifero veneno, quod pro subjecti dispositione humores alterat, mutat, diversisq; modis exagitat; cum enim nulla sit veneni species, quæ non disparatos ab alia quapiam specie effectus præstet, aut eadem quoque pestis species mira pro dispositione subjecti quod pervadit, Symptomata excitet; pestis autem certa quædam veneni species sit, ex putredinibus in intimis telluris visceribus natis, expiratisq; aut in homine humoribus vitiatissimis in talem & talem veneni speciem elaborata, certè pro alia & alia veneni mixtura alios & alios effectus in eo infectis causari necesse est; ut proinde vel ex hoc ratiocinio nullo negotio omnium quæ diversis temporibus in pestiferis acciderunt, Symptomatum rationes & origines assignare possis. Hûc etiam revocari potest, cur subinde pueros tantùm, aliàs fœminas easq; verum gerentes, interdum virgines, nonnunquam robore summo præditos adorta magnam stragem ediderit; quæ si quis juxta nostra principia resolverit, is illos non tam ex specifica quadam diversarum pestium differentia, quàm ex diverso ætatis sexusq; statu resultasse reperit; gaudet enim pestis humido calido veluti pabulo & nutrimento quodam, quo pueri & virgines cum primis abundant, gaudet & mulieribus prægnantibus ob multas excrementitias fæces humorumq; quibus tunc temporis infestantur, confluxum; qui uti ex menstruo sanguine non nisi inquinamenta susceperunt, ita ob similitudinem quandam facilè illis pestifera juncta contagio, veluti igni apposta naphtha, aut fomes, applicatâ stuppâ flammam concipiunt.

Narrant Valentia in Hispania anno 1648. pestem derepente extortam; primò quidem præter Sutores nullum alium invasisse, tandem omnes illos, qui crepidis calceisq; ab iis coemptis uterentur, adortam fuisse, atq; hoc pacto serpente contagione mox univer-

sum

sum regnum invasisse; multæ sanè inter Medicos fuerunt de tam insolitæ contagionis causa altercationes; scitum tandem fuit, navim Algerio soleis coriaceis suberibusq; onustam non ita pridem appulisse, quæ in Africa vehemente peste laborante; contractis contagiosis effluviis. Valentia Sutores, qui prius ea coëmerant, & deinde quotquot iis usi fuerant, & hi deniq; alios & alios innumeros concepta lue infecerant. Universam quoque Siciliam, dum ex Africa suas infectionis lue inquinatas merces Messanam mittit, horrenda lue correptam, Campanella in suo de Medicina opere, refert. Narra- rat Ingrassia Mediolani pestem nulla vicinæ contagionis suspitione derepente exortam fuisse; contraxerat eam primum ædituus, à quo & universa Civitas infecta, quinquaginta millium suorum strage luit; & cum origo tanti mali examinaretur, inventum fuit, chordam, post pervetustam quandam arcam, inventam, contagionis semina intulisse; fuerat autem illa chorda Vespillonum, qui eam ante viginti quinque circiter annos eodem in loco sæviente contagione in usum sepeliendorum adhibuerant. Quomodo verò tanto tempore contagiosa vis perseveret, suo loco dicetur.

Pestis sicilia ex mercibus Africanis.

Ingrassia l. de Peste. Funis infectus post 25. annos pestem resuscitat.

CAPUT X.

De peste artificiosa & Magica, seu diabolica arte procurata.

Tanta est hominum malitia super terram, ut non dumtaxat contra DEum Opt. Max. horrenda temeritate & præsumptione exurgentes superba contumacis animi cornua erigant, sed & inauditâ sævitie in genus humanum intolerandâ quadam audaciâ debacchentur tantò sanè periculosiori, quantò magis clandestina est; dum instigante humani generis hoste diabolo, vindictæ & ultionis sumendæ desiderio, aut odio in Magistratum, cæterisque depravatis animi perturbationibus in transversum acti, nonnulli aquas per necessarium inter omnia elementum inficiunt; quidam unguentis ex varia venenorum miscella confectis in commune omnium exitium, ultimamq; hominum ruinam nova scelerum inventionione insurgunt. Unde etiam L. Annæus Seneca, inter hominum atrociam scelera recenset violatos fontes venenis, & pestilentiam, (sic enim

Lib. 1. de Ira c. 6.

Pestis av-
efficialis
Magister
diabolus
est.

Scientia
diaboli cir-
ca res na-
turales.

Artis Ma-
gica abomi-
natio.

loquitur) manu factam. At quisnam tam absconditam veneniferæ compositionis rationem, vix summis adhuc philosophis penetratam, rudes plerumque & idiotas docuit? Certè non alius, nisi Dei hominumque inimicus Diabolus, qui uti à primordiis rerum non desit humanum genus insitâ sibi nequitiâ duro tyrannidis suæ jugo premere, ita quoque non cessat, ad ejus exitium per homines pessimæ & conclamata conscientiæ, genuinos inferarum furiarum ministros, variis modis & rationibus cooperari. Constat enim diabolum naturali scientiæ dono, ob peccatum non privatum, sed illud veluti sibi concreatum inseparabili nexu retinere, unde cum totius naturæ consultus sit, omnesque naturalium rerum rationes, elementorumque abditas virtutes perfectè capiat, imò consensus dissensusque leges à natura unicuique inditas intimè & profundissimè calleat, certè ex applicatione activorum cum passivis miris eum & stupendos in natura rerum effectus producere posse, nemini dubium esse debet. Novit is quàm intimè, quomodo & qua industria, nubes in pluvias, ventos, grandines, ad tempestates in perniciem hominum terra marique concitandas, cogenda; peritiam summam habet ad producendam omnem generis insecta, ad segetes, fructus arborum, venearumque emolumenta, si à DEO ob mortalium scelera, permillum fuerit, eis evertenda ac penitus destruenda; non ignorat, qua ratione diversorum venenorum miscella ad pantomorphæ naturæ similitudinem & exemplar adornata, & aërem inficere & savissimis pestiferæ contagionis plagis non urbes duntaxat, sed & regiones integras, regnorumque longè lateque exporrectas ditiones devastare possit; & uti omni gratiæ dono privatus insito sibi appetitu in omne malum veluti pondere quodam fertur; ita nihil acceptius illi esse potest, quàm eas potissimum artes, quæ in animarum corporumque perniciem cumprimis cedunt, scholæ suæ addictos & clientelâ professâ sibi subjugatos discipulos, Magos inquam & Necromantas edocere, edoctos verò tanquam vicarios quosdam & ad nutus ejus promptissimos ministros, huc illucque iusto Dei judicio scelerumque enormitate sit postulante, ad ingentem mortalium ruinam machinandam amandamque. Atque hæc est abominanda & diris devovenda Ars, qua nonnulla ex Orco prodeuntia monstra, homines verè Satanico spiritu tumentes, domus, Urbes, Regiones funesta & Circæa venenorum unguen-

unguentorumque compositione cum ingenti mortalium strage infestare solent. Quæ omnia ut luculentius patefiant, exemplis illustranda duxi.

Quinto Fabio Aedili Curule Urbem peste infestam fuisse Livius narrat dec. 1. l. 8. quam Romanæ Pharmaceutriæ Matronæ non ignobiles, in odium nonnullorum procerum procurarant, ex quibus aliqua in flagranti crimine deprehensæ, dum medicamenta quæ coxerant pestifera esse negassent, coactæ potu eorum periculum facere, mox extinctæ conciderunt: indeque comprehensis earum comitibus, ex iis ad 170. damnata sunt.

Pharmaceutria Romana Urbem inficiunt.

Pestes præterea maleficorum hominum opera in Oriente non semel suscitatas, Nicephorus, Zonaras, Cedrenus aliique Ecclesiasticarum rerum Scriptores narrant. Sed relictis veterum temporum eventibus, ad viciniore nostris temporibus secula accedamus. Nemini inaudita est horrenda illa pestis, quæ anno 1630. Mediolanum ad ultimam propè ruinam vexavit; cujus origo, uti acta docent, ab execrandis sceleratorum hominum maleficiis, qui sive ab hostico furore magnâ pecuniæ vi propositâ allecti, sive concepto in morum censors odio, veneni quoddam genus Circæâ profus virulentiam refertum, utique Cacodæmone ductore, & directore, confecerunt; quod templorum postibus domumque portis, scammis, fenestris illitum, vel ad minimam contrectationem homines ad inevitabile mortis periculum deduceret. Et quoniam hominum morientium nullus finis, nec ulla tantæ mortis antidota superesse videbantur, visum fuit ad superna auxilia per publicam precum indictionem, processionum piæ divinæ misericordiæ supplicantium apparatus, jejuniorumque observationem confugere, ut divinæ rigor justitiæ flexus tantis castigationibus tandem finem imponeret: unde nova processio instituta, quæ Corpus S. Caroli Borromæi quaternorum fulcitum Episcoporum humeris, tum Cardinale Urbis Archiepiscopo, tum praelatis, totaque nobilitate concomitante inestimabili apparatu circumferebatur, tanto omnium Ordinum & utriusque sexus devotionis ardore, ut præter ejulatus, ploratus, singultus, gemitus, humilesque mentis confessiones, nihil aliud audiretur. Per opportunam hanc occasionem, ad contagionis malum longè lateque propagandum, rati scelesti Satanae ministri, spe freti futurum, ut concidentium hominum multitudine,

Mediolanensis pestis urvisciliaris.

Processio instituta mitigat rigorem divinæ justitiæ.

& in

*Compro-
bentio eo-
rum, q̄si
pestem se-
mmarant.*

*Pestis
Francia
per Hebra-
os indulta.*

*Quomodo
pestis arti-
ficialis ea
prestat,
q̄sa natu-
ralis.*

& in confusionem redacta processione, ipsi interim conceptas machinationes confidentiùs in executionem deducerent; turbæ itaque hominum numerosissimæ sese insinuantes, vestibus supplicantium præparatum inferebant venenum; unde mox ingens exorta strages publicam solemnitatem suspendit; at divina clementia piorum supplicatione mota, tantam diabolicæ insultationis insolentiam ulterius progredi non est passa: siquidem detecti malorum omnium Architecti, acerbissimis subiecti suppliciis, modum & rationem veneni unguentis conditionem, quo tantum mortalium numerum confecerant, apertè confessi sunt, dignis proinde tantis sceleribus tormentis variè exagitati, igne tandem exusti sunt. Unguenti verò, uti & pulveris pestiferi compositionem, cujus non haustu duntaxat malum propagabatur, sed vel odore susceptum, intra paucas horas interimebat, præstat alto silentio suppressere, quam illud ex Orco depromptum, denuò in lucem educere. Similem prorsus catastrophæ anno 15. Mediolanum & Genua experta sunt, veneficiorum uti fertur operâ introductam. Certè atrocem illam pestilentiam, quam Historici 1320. Franciam penè exhaustis referunt, ab Hebræis (in ultionem ejus, quo regno cedere jubebantur, edicti) leprosum mendicorumq̄ve opera procuratam fuisse, fontium, puteorum, cisternarumq̄ve aquis intoxicatis, ex confessione eorum patuit. Verum qui plura hujusmodi funesta scelerum monstra desiderabit, is Cardanum adeat, qui Libro de Venenis totus est in iis singulari industria describendis. At quæres fortassis, quomodo artificiosa pestis, tantæ contagionis efficaciam pollere possit, ut idem possit quod naturalis, & subinde plus ea præstat? Respondeo, si de dæmonis potentia loquimur, potest is procul dubio ad exemplar naturæ totum id veneni compositum per sacrilegos illos pharmaceutas adornare. Cum enim venenata animalia, viperæ, cerastæ, dipsades, aspidæ, dracunculi, rubetæ marisq̄ve venenosa soboles, quin & ex plantarum familia, cicuta, napellus, elleborus, similiaq̄ve originis suæ primordia ex locis virulentis exhalationibus terræ marisq̄ve obnoxiiis ducant: certum est, quod quemadmodum dictæ exhalationes aërem, sanioraq̄ve animalia & plantas inficiunt, ita & potissimum illa venenosa animalia & plantas, quæ ex naturali temperamenti sui catastasi initiatum quendam appetitum habent, ad virus terrestre, si terrestria; ad

virus

virus verò aqvaticum, si aqvatica, attrahendum, idqve in substantiam suam convertendum inficere, nemini dubium esse debet; sunt enim hæc veluti à natura destinata qvædam, in quibus recipiatur venenum, marsupia, quibus collectum habeas, quicquid aliàs longè lateqve per aëris latibula dispersum fuit. Si itaq; diabolicâ arte instructi scelerati homines, animalibus venenosis ad pharmaca funesta contagionis plena concinnanda utuntur, certum est, eosdem illos effectus, quos naturalis tum terræ, aquæ, tum aëris putrida & virulenta constitutio producit, præstituros; cum naturæ vis & efficacia per artificiosam applicationem tantum abest, ut deficiat, ut potius majores vires acquirat; cum verò pestis effluvium contagiosum sit, certè id artis industria promotum ingentes acquirere vires, Theophrastus memorat; testatus suo tempore crudelissimam venenificorum industria pestem excitatam, ex unguento, putrefactis peste extintorum hominum cadaveribus, ossibus, medullis, bufonumq; rabie prius concitatorum, commissione composito. Simile quid de Mediolanensis pestis compositione traditur, quàm fufius hîc describerem, sed memor verborum Galeni, venenorum compositionem (nisi propriæ scientiæ ferviat) scire malum, docere deterius, scribere verò, aut in lucem mittere omniura pessimum esse.

Contingit verò, dæmones, pro potestate à Deo ipsis concessâ, etiam subinde per sese atrocissimas pestes terrarum Orbi immittere; siquidem hos in humanam formam transformatos in Urbibus peste disseminata ingentes strages edidisse, Nicephorus & pleriqve scriptores Ecclesiastici attestantur. Cum Ephesi pestis à dæmone sub piscatoris forma, cum magno hominum exitio propagata fuisset, Apollonius Thyaneus (si Philostrato hæc narranti credimus) cognito sub larvata persona dæmoniaco machinamento, cum illum lapidari jussisset, jussaqve philosophi completa fuissent, pestis unâ cum aethore suo sepulta Urbem totam à contagione immunem reliquit. Pari pacto & artificio Pythagoram ab Urbibus Turio & Metaponto pestem profligasse, Jamblichus narrat in vita Pythagoræ. Gregorius Nyssenus in vita S. Gregorii Thaumaturgi simile quid narrat in Græcia contigisse: Populo siquidem Theatricis spectaculis inhiant, tanto numero hominum, ut locus ei capiendò, par non esset, ac proinde conquererentur de locorum angustiis, dæmonem respondisse,

Pestis artificialis tempore Theophrastis.

Dæmones sub forma corporea pestis seminatores.

Pestis ab Apollonio Thyaneo curata.

Pestis tempore Theatrici lusus excitata dæmone.

*Pestis tempo-
re Aga-
thonis Pa-
pa.
Cur osci-
tantibus
salutem
precemur.*

mox homines defuturos, qui Urbem replent; Et confestim sanè durante adhuc spectaculorum exhibitione, tam seua, dæmonis operâ, in confertam hominum multitudinem pestis immissa fuit, ut tota Urbs, intra exiguum temporis spatium hominibus exhausta, in solitudinem redacta fuerit. Sub Agathonis Pontificatu, prodigiosa pestis sævientis tempore, malus Angelus formâ sensibili visus est domus contis impetere, tot funerum elatione, quot ictus dedisset foribus; & tanta fuit veneni exitialis efficacia, ut vel ad oscitationem aut sternutamentum, homines conciderent exanimés; unde & ab eo tempore mos invaluit, oscitanti aut sternutanti salutem apprecari.

Solent & hujusmodi dæmonum spectra, in hunc usq; diem in Oriente homines peste miserandum in modum vexare; dum derепente à nescio qua infernali furia in vasi, spiculoq; sensibili percussi, mox occumbunt. Quæ fusissimè hoc loco deducere possem; sed cum horum pleraq; vulgo nota sũt, iis amplius non immorabor.

CAPUT XI.

De virtute siderum in peste producenda & utrum certa quædam signa ventura pestis cognosci possint.

Sicuti nihil est exacta divinandi prædicendiq; notia difficilius, ita quoque dici non potest, quantis erroribus intellectusq; illusionibus hujusmodi studium sit obnoxium. Neq; hoc tantum in humanis eventibus, qui velut instabili fortunæ rota versantur, neq; etiam duntaxat in supernaturalium causarum effectibus, ad quæ humana mens non nisi à Deo sublevata pertingere potest; sed in iis quoque venturis rerum successibus, qui in abstrusis causarum necessariarum latebris absconditi sunt, atq; ab iis essentialem habent dependentiam, verum esse, omni tamen astrologica vanitate deposita, asserimus; cujusmodi res est, exempli gratiâ, de fame, peste, cæterisq; naturæ naufragiis ex siderum positu nonnihil determinatè affirmare. Astrologorum vulgus, ignarum plerumq; genus hominum, cum omnia astrorum, varia se configuratione respicientium, influxibus, & miris horoscopantium siderum effectibus attribuant, adeò fucata hujus scientiæ colore superbiunt, ut iis nihil

*Astrologorum
cum igno-
rantia.*

in divinandis scientia denegatum esse videatur; unde nihil adeo in hac rerum humanarum cataftasi exoticum, infolens & inexpectatum est, quod illi fatali cuidam siderum necessitati non subjiciant, audacia sanè tantò periculofiori, quantò indoctiores rerumq; physicarum ut plurimum expertiores sunt. Quare cum instituti nostri ratione sic postulante, de signis, id est, pestiferi fœtus prodromis, nonnihil dicendum sit, rem ab ovo, ut dicunt, exordiar, ut quid in prognosticis de peste ventura divinationibus sectandum, quid fugiendum, constet, quod dum facio, profiteor, solas me physici partes, omni vanitate astrologicâ, uti supra dixi, proscriptâ acturum.

*Protestatio
Auctoris.*

Non nescio nonnullos Medicos in operum suorum de peste argumento fufiffimè hoc thema tractâsse: quorum aliqui suam tractationem incipiunt à Signis in Cœlo, Terra, aqua, aère juxta quadripartitam anni constitutionem apparentibus. Verùm cum vix ullus annus sic, nec ulla anni portio, dicam amplius, nec ulla Ecclipsium aut siderum constitutio tam infausta sit, quæ non inter determinatas periodos, si non eadem numero, saltem in specie recurrat, & tamen non inde semper pestis sequatur; quibus certè universali quadam ratione consideratis contagionis causâ adscribi non potest. Certè iis temporibus, quibus universa Italia gravissimas calamitates, pestisq; fœvitem sustinuit, Germania aut Francia nihil passâ fuit, & hisce laborantibus Italia ab omni lue immunis fuit; & sic de cœteris idem judicium esto; & tamen tam Germania quàm Francia, tam Francia quàm Italia eidem infelici siderum ex parte constitutioni suppositæ fuerunt; nec est quod nobis objiciat quispiam, normaliorem siderum Italiæ imminentium influxum, eo, quo Germania aut Francia feriuntur; hæc enim falsa esse vel inde patet, quod omnes Perioeci Italiæ, sive sub eodem latitudinis parallelo circumfisi populi, uti eundem siderum aspectum sortiuntur ita æqualem quoq; siderum efficaciam participant; unde omnes eadem pestis contagione ut infestarentur, necesse foret, quod tamen experientiæ repugnat. Accedit quod pestis semper alicubi in Orbe terrarum dominetur, sive fausta sit siderum constitutio, sive infausta. Nihil igitur Astrologi concludunt, dum ex certis siderum constitutionibus futura pestis contagia inscitius divinant. Nos itaq; incongruâ istâ divinandi ratione neglectâ, tam abditas effectuum causas paulò aliter evolvere cœpi-

Object.

mus; & cur nunc in hac parte terræ, modò in alia, jam in plerisque, uti historiarum narrant contigisse, contagio dominetur, & quomodo hæc ex sideribus remotè originis suæ primordia deducat, totum denique propagationis successum unà cum signis & prognosticis enucleare tentabimus, in quo si non usquequaq; scopum attigisse videbimur, Lector benevolus non tam meos conatus, quàm abstrusissimarum rerum vix penetrabilem difficultatem excuset, illius memor, in arduis voluisse tantùm, sat esse.

Non Aristotelis tantùm, sed & omnium scholarum consensu acceptatum dogma nullo non tempore fuit, inferiora supernis latioribus subitare; ex celestium influxuum rationibus omnium inferiorum vitam, mortem, generationem & corruptionem pendere; quòmodo verò id contingat, quàm multi inquisiverunt, tam pauci invenerunt.

In Itinerario nostro Extatico primo sat superq; tum observatione tum clarissimorum virorum auctoritate docuimus, omnia sidera adeò inter se distincta esse, quàm quælibet rerum elementarium mixtorumq; species, ita ut nullum astrum sive mundanus globus, sive is sit ex iis, quas errantes, sive quas fixas vocant stellas; ejusdem profusus naturæ & proprietatis sit; sed omnia inter se tum constitutione, tum viribus & proprietatibus differant. Et quamvis nemo adeò subtilis sublimisq; ingenii sit, qui eas penetrare possit, tantùm tamen, constanti jam multorum seculorum observatione ab excellentissimis Astronomis nullo non seculo facta, nobis divinâ clementiâ innotuit, ut de planetarum fixarumq; nonnullarum natura & proprietate tutò quidpiam asseverare queamus. Quo quidem supposito, ut ad institutum nostri tramitem revertamur; sciendum est, omnia mundana corpora, astra dico; haut secus ac terram ex quatuor elementorum miscella, ex chaotica illa rerum primordiali à Deo Op. Max. Sapientissimo Conditorum educta massa, propriis singula centris in immenso illo ætherei Oceani expanso fulcita, iisque proprietatibus, quæ tum ad propriam, tum ad conservationem universi cum primis necessaria videbantur; instructa fuisse. Hinc factum est, ut vires suas juxta prærogativas à natura iis concessas, singula radioso quodam profluvio tum in tellurem, tum in circumjectum reliquorum astrorum comitatum diffunderent; cur verò nonnulla astra, uti Mars & Saturnus tam exitia-

Omnia astra specie distinguntur.

Omnia astra ex quatuor elementis constituta.

lis virtutis sint, merito quispiam mirari posset. Irrefragabili enim multorum seculorum experientia ab omnibus Astronomis observatum fuit, nescio quid virulentæ virtutis in Marte, frigiditatisque oppidò nocivæ in Saturno sub certo situ, dum hic altu suo bilem in inferiori Mundo, cæterasque qualitates perniciosas, ille humorem frigidum & atrabilem mirum in modum concitet; Luna verò & Sol, hic in omnia vitæ Oeconomiam concernentia, illa in humidi fecundioris substantiam utraqve suas exerceat jurisdictiones, reliquis planetis, cum bonis bonam, cum malis malam temperiem in rebus sibi subjectis inducentibus. Quod ut explanetur, notandum est, astra huiusmodi corpora haud dubiè virtutem, quam communicant inferioribus, eandem & in se continere, non dico eminenter, sed formaliter, ut cum Scholis loquar: neque enim tam exotici effectus, quos influxu suo efficere in inferiori mundo observantur, solo lumini aut, motui adscribendi sunt, cum ex iis semper unus & idem effectus in inferioribus resultaret. Aliud itaque præter lumen & calorem in iis latet virtutis profluvium, quod nos specificam globi dotem & qualitatem corpori peculiarem vocamus; cuius effluxus mox ubi subjectum in terra capax repererit, id virtute pariter sua imbuat, eaque cuius ipse est, proprietate tingat; sit autem hoc plerumque Marte & Saturno eo situ constitutis, ut commodè & sine impedimento radios suos in unum conjunctos exerere possint, quod maximè & potentissimè tum fit, quando simili virtute imbutis sive planetis, sive stellis fixis junguntur. Mars itaque & Saturnus inter cæteros planetas, hanc à natura sibi insitam vim habent, ut sicuti ipsa ex naturali sua constitutione nescio quid perniciosum venenosumque insitum sibi habent, ita illud per luminosos radios veluti vehicula quædam, terrestris Mundi partibus, circumfusisque eisdem elementis communicent. Dixi, si oportuno loco constituti sint, & arbitrio suo permittantur; quoniam si Jovi aut Veneri aut Soli vicinius sese stiterint, tunc vires suas non ita facile exerere possunt; utpote à potenti tum Solis, tum Jovis, cæterarumque beneficarum stellarum salutifero profluvio victi & subjugati; ut proinde natura non sine causa, inter pessimæ qualitatis astra Martem & Saturnum, Jovem; Inter Mercurium verò & Martem, Solem; uti & inter Lunam & Mercurium Venerem benignam & placidam, intermedia esse voluerit, veluti exortarum litium & discordiarum

Mars ☿
Saturnus ♄
malefici
pestis semina-
tores.

Influxus
astrorum

Comodo
Mars ☿
Saturnus ♄
influant in
inferiora.

Chr Jupi-
ter inter
Saturnum
☿ Martē
medius.

*Astrorum
motus cir-
ca propri-
am axem,
quod conse-
rat.
Cur natur-
a tam ex-
istialia si-
dera Mar-
tem & Sa-
turnum
constitue-
rit.*

rum naturæ diribitores: Et quoniam hujusmodi corporum consti-
tutio ita à natura disposita fuit, ut virtutem non ubiqve in toto globo
æqualiter diffusam haberent, sed in una parte plus, in altera minus,
hinc ne terram semper pestiferis suis radiis ferirent, motus circa pro-
prium centrum concessus fuit, ut nunc hanc nunc illam partem telluri
obverterent, & sic plus aut minus nunc hanc nunc illam terræ partem
pro subjecti capacitate inficerent, cui multum quoqve accedit ex ac-
cessu ad terram, & recessu ab eadem in excentrico suo facto. Cur ve-
rò natura, quæ bonum semper, & in omnibus intendit, hujusmodi
malignis effluviis dotata corpora, in natura rerum constituerit, meri-
tò quispiam mirari poterit. Verùm qui norit, cur in terrestri globo
naturæ Author tot animalia nociva, tot herbas pernicioso toxico re-
fertur produxerit, mirari desinet, cum hæc omnia tantâ naturæ pro-
videntiâ constituta sint, ut nihil sit nostro concipiendi modo in natu-
ra rerum adeò exitiale, nil adeò pestiferum, quod non altissimos fi-
nes suos habeat, in bonum tum proprii corporis, tum universi con-
servationem directos, sine quibus Mundus conservari nulla ratione
posset. Vide, si placet, Primum Itinerarium nostrum Exstaticum,
ubi omnia hæc variè & fusè exposuimus; nos interim ad rem no-
stram.

*Causa ve-
mota pestis
Mars &
Saturnus.*

Causa itaqve remotæ malignorum influxuum sunt stellæ Mar-
tiæ & Saturninæ indolis, quæ oportunum situm noctæ, radiorum ef-
fluviis obvium primò aërem fuligine suâ tinctum virtute sibi propria
inquinant; hic tinctus inquinatusq; eum aquæ communicat; ele-
mentum aqueum Lunæ Solisqve virtute agitatum concepta astræ
sementis nocivam & spuriam tincturam per terræ poros disseminat,
ubi aliarum quisqviliarum ad putredinem proclivium syngeniâ mi-
scellâ junctâ, illos quos diximus, pestiferos exhalatione suâ morbos
parit. Cum verò hujusmodi astræ sementis pestifera terræ visceri-
bus insinuata non ubiqve terrarum semper aut materiem proportio-
natam, aut rerum sibi congruarum conjugia ambiat; hinc quoqve
in nonnullis locis, aut nulla profus pestis, aut rarè, in quibusdam te-
rè semper, pro natura scilicet loci, cum influxu astræo symbolizante
aut non symbolizante. Atqve ex hoc posito principio omnes pes-
tis causæ partiales supra memoratæ concurrunt; & tametsi malignus
hic astræus spiritus ratione aëris, aquæ & terræ diversus sit, unus ta-

*Quomodo
influxibus
suis ter-
ram imbu-
ant.*

men & idem in se spiritus est, qui tingit tum aërem tum aquam, tum terrestrium exhalationum indolem, unus & idem omnia inficit, coïnquinat, & ad pestiferæ contagionis genesin per fructus, cibos, nutrimentumque tum hominum tum animalium, qui vel terra, vel aëre vitam sustinent, disponit. Quo disposito, calor externus & spurius, internum jam conceptis seminibus turgidum adoritur, usque dum exulante calore interno, humidum internum juris externi caloris factum, tandem in putredinem illam contagiosam, quam pestem dicimus, abeat. Quoniam verò Spiritus astræus malignus, rerum elementarium disparatæ naturæ miscetur; hinc fit, ut & pestem non ejusdem semper speciei comperiamus, sed pro varia miscella earum rerum, quibus jungitur; unde Spiritus astræus arsenicis halitibus mixtus, alios veneni pestiferi effectus, alios mercurialibus, alios salinis, alios antimonialibus & sulphureis; alios bituminosis naphthæisque vaporibus mixtus producit; radicibus quoque diversarum herbarum haustus Spiritus astræus malignus, herbam pro insito sibi temperamento & substantiæ proprietate tingit, & ad perniciosum nutrimentum hominibus animalibusque exitiale disponit; Aëri verò immixtus, dum auram vitalem inquinamento suo inficit, hic ab hominibus haustus martiam bilis officinam movet; unde incitati Reges & principes, utpote tenerioris complexionis, in qua plus quam in cæteris potest, vel ad minimam occasionem, martio spiritu agitati in bella cædesque liberè tamen exardescunt; ex bellis & fame magna hominum animaliumque strages, unde nova ex putridorum cadaverum exhalatione pestis seminaria resultant; adeoque hoc modo circulus completus videatur.

Astra movent auram, movet aura salumque, solumque;

His homo vivit, & his planta tenella cibis.

Sana bonos faciunt succos, male sana putrentes

Hinc putris in liquidum pestis origo venit.

Vides itaque catenam effectuum quos ex unico maligno influxu astræus Spiritus efficit; quæ omnia si ritè tecum contuleris, aliam pestis causam à Cælo derivatam non deprehendes; ut proinde hæc ad mentis nostræ sensum propalandum sufficiant.

Poscit modò ordinis ratio, ut ostendamus, num & quænam signa sint astræi hujus maligni influxus? & utrum non nihil per illa de
immi-

*Influxus
malignus
pro varia
constitut.
onererum,
varios effe-
ctus produ-
cit.*

*Catena
causarum.*

*Signa Gen-
erata pestis.*

Tres clas-
ses signorū.

imminente nobis contagione divinari possimus? Sunt autem complura signa, ex quibus Physici in notitiam venturæ pestis se pervenire posse putant; sed cum plerumque talia sint, quæ singulis annis occurrant, quæ uti & reliquis morbis producendis pari ratione apta sunt, ita nullam quoque nobis certitudinem adferre possunt. Quare nos paulò penitius signa trutinantes, ea in tres Classes dispersiti sumus, quorum prima sunt prodigiosa, quibus Deus Opt. Max. ministerio Angelorum Mundo peccatis immerso horrendas secutorum temporum ruinas minitari solet; Secundi ordinis sumuntur ex cœlestium corporum meteorumque omnibus; Tertii ordinis ex prodigiosa insectorum, cæterorumque animalium tam terrestrium quam volatiliam actionibus, aliisque eventibus raris & memorabilibus deducuntur. De singulis ratiocinio, nonnulla exempla producemus.

§. I.

Signa pestis à Deo immissæ.

NON est quod pluribus de hisce agamus, cum & sacer Textus edat superque demonstrat; dum Deus Exodi 6, Angelorum ministerio omnia primogenita Ægypti sub Pharaone; & septuaginta hominum millia triduo, unius Angeli opera, in pœnam Davidi ob temerariam populi sui numerationem, inflictam extinxit; nec profana defunt historiæ, pestis inauditæ cæterarumque secutorum calamitatum, quas Hierosolyma ex obsidione trienni à Tito facta sustinere debebat; quarum Prodromus teste Josopho fuit Cometes integro anno imminentibus arumnis prælucens. Pestem quoque immediate à Deo, Romano populo tempore Gregorij Magni immisissam; Angelus in Arce in vaginam irati Numinis gladium reconduxit. Innumeris hujusmodi præviis funerum in aëre depictorum monstris & prodigiis Historicorum monumenta abundant; quæ videntur impio Mundo à Deo ostensa, cum ecce atrocissima pestis homines improvisâ ruinâ oppressit. Verùm cum de hisce abundè agant Cornelius Gemma, Lycosthenes, & Aldrovandus in Libro ultimæ editionis de prodigiis: & nos in Chronologia calci hujus Operis annexa de iis egerimus; nil restat nisi ut ad ea signa nos accingamus, quæ verisimilem habent cum mox suboritura peste connexionem.

Cometes
Hierosoly-
ma ante
exitum e-
jus visus.
Prodigia in
Urbe visa.

§. II.

Varia pestis secuturae indicia ex animantibus,
plantis infectisque.

Spiritum astræum ex maligno noxiorum siderum effluxu genitum aërem, aquam, terram inquinare supra asseruimus, & ex consequenti, quæcunque ex his vivunt, maligni effluuii vim participare: hic enim primo aëreum vitio suo tingit elementum, hoc deinde conceptam tincturam aëreo & terreo elemento impertitur, quæ duo, virtute notha sibi impressa maligno se in intimis penetralibus latentis putredinis congeriei junctæ, dum à plantis attrahuntur, & segetes & vineas & reliquam vegetabilis naturæ Oeconomiam inficiunt: quibus in nutrimentum tum hominibus animalibusque cedentibus, id insita sibi malignitate sanguinem paulatim contaminat; atque adeò hæc proxima pestis origo; cujus luculentum indicium sunt, variae noxiorum animalium geneses, quæ arborum foliis, segetibus, herbis graminibusque depastis, uti nutrimenti ulterioris inopia extinguntur, ita extincta contagiosam illam putredinem efficiunt, quæ aëris jam aliàs corrupti insinuata poris, origini à qua prius defluerat, non tantum restituitur, sed & virus aëri jam inexistentis, augmento suo, veluti fenore quodam duplicat. Pestis itaque indicia non ex quibuslibet effectibus, sed ex iis potissimum causis sumenda sunt, è quibus immediatè vel mediantibus elementis profluxerunt; generat enim astræus spiritus in elementaribus corporibus non quamvis putredinem, sed spuriam & peregrinam quandam sibi per omnia similem, quam omnia, uti dixi, quæ inde aluntur, participant. Quoniam verò supra ostendimus, non quamvis putredinem, sed potissimum excellenti quadam virulentia præditam in vermes & insecta abire; hinc fit, ut Spiritus ille astræus monstrorum partuum opifex, terra marique insolita quædam insecta generet, ut plurimum pestis venturæ indicia.

Videndum igitur, quænam sint illa animalia pestiferi Spiritus progenies; certè nulla alia, quam quæ præter morem ex terra atque ex aqua pestiferi spiritus fuligine tinctis generantur. Sunt autem ejusmodi: primò vermium colore & figura differentium certis annis saturientium multitudo, quemadmodum supra de Mediolanensi peste

*Comedo,
S quibus
medianti-
bus astræ-
lis influxus
inficitur.*

*Insectorum
noxiorum
geneses.*

*Quænam
insecta ge-
neretur, ex
pernicioso
astrorum
influxu.*

*Infectum
sub draco-
nis figura
alatum Bo-
nonia na-
tum.
Qua pe-
stem pra-
efferunt
tempore
Pelagii II.*

peste docuimus, quam ejusmodi vermium ebullitio praecesserat. Secundò bufonum praeter ordinem vastitate enormium Ranarumq̃ candatarum mutarumq̃ve ingens numerus; serpentes quoq̃ve peregrinae formae, qui è montium latebris emergunt. Hoc pacto, pestis Bononiensis ante Greg. XIII. serpens alatus, in draconis formam perfectissimè elaboratus, & à venatoribus postmodum occisus, prodromus fuit, teste Aldrovando. Tempore quoq̃ve Pelagii II. Pontificis pestem horridam ingens serpentum multitudo aestivo tempore praecessit, qui deinde hyeme, inundatione Tyberis ex campis abradi, in littora hinc inde ejeti, putrefactiq̃ve, eam quam legimus horrore plenam contagionem causerunt. Et ne forsam quis dicat, hoc plurimis aliis fluminum inundationibus contigisse, & tamen serpentes nihil contagionis intulisse. Ad hoc respondeo, serpentes ut contagionem inferant ex vitiosa & notha illa putrilagine nati sint oportet; Qua si caruerint, nihil quoq̃ve contagionis inferre.

*Venenum
pestiferum
ex herbis.*

Tertiò. Ex hoc Spiritu pestifero herbae quoque & omnia vegetantis naturae germina tinguntur, ac proinde plantae nescio quos mucosores stillant, ex quibus pro plantae cujusvis proprietate, vermium, erucarum, bruchorum, foricum, papilionum & locustarum diversae species nascuntur, à quorum exitiali corrosione segetes consumptae, arborum fructus in putredinem versi, depasta agrorum holera, praeter aëris infectionem, etiam sterilitatem, famem, & tandem pestem inducunt. Nullum itaq̃ve apertius signum esse potest, epidemicae mox securae infirmitatis, quam locustarum per aëstatem volitantia agmina, praesertim si colore ex flavo in viridem degenerante constent, hic enim nescio quid pestiferi halitus & nothae qualitatis iis inexistentis praese fert, qua non solum contagionem hominibus inferunt, sed & eam per ventos in alienas terrarum oras delatam, nova fundant contagionis seminaria; experta est hujusmodi, funestissima pestis, Africa, Sicilia, Francia, magno suo damno prodromos; quemadmodum memorant historiae, quas consule, & ante pestem Romanum, refertissima bruchorum locustarumq̃ve seminaria.

*Araneo-
rum mu-
scarumq̃ve
examina.*

Quartò. Nunciant pestem venturam ut plurimum ingens & repentina araneorum, muscarum, vesparum praevia progenies; hircundines quoque & Ciconiae aëris incolae inimicum hospitem praesent-

gen-

tientes, quæ nidis desertis melioris auræ afflatui inhiantes, ante statam iis à natura transmigrationem ad alias purioris aëris oras commigrant; quæ omnia variis exemplis prosequitur Cornelius Gemma, Passeres aliiqve. In Germania quoque, annis pestis adventum precedentibus, passeres magno numero, manifesto exitialis aëris indicio, Agricola teste, exanimati sunt. cum enim præstantissimo sensu polleant, statim nescio quid aëri insita virulentia præsentiant; unde mirum non est, ex naturali instinctu ductu, eos aut aliò commigrare, aut si permanserint, insita noxiæ fuliginis qualitate extingui. Aquatica verò animalia dum aqueum elementum infectum sentiunt, multorum experimento comprobatum est, pisces extingui, mergos, anates, fulicas, cygnos desertis aquis puriora stagna petere, aut flumina aquarum fluxu defœciora incolere; cancos quoque fluviatiles relictis rivis in ripas diffusos latentem inquinatæ aquæ lernam fugâ suâ testatos esse, compertum esse. In plantis quoque & fructibus secutorum malorum signa non desunt; nam & ipsæ fuliginoso spiritu tinctæ ita à nativa bonitate declinant, ut luculenter appareat, eas occulta morbi indole occupatas, quas tam macilentas, omniqve odoris saporisqve pristinâ gratiâ adeo destitutas spectas. Atque ex his signis non obicure formari possunt secutura mox alicujus contagionis regulæ divinatoriæ.

*Passeres
exanimati
sunt.
Agricola
lib. de peste*

*Aquarum
infectio.*

*Planta de-
generet.*

§. III.

Signa ex Cælo & Aëre.

Tria potissimum nobis circa signa ex Cælo sumenda, expendi possunt; & sunt primùm Eclipses Solis, malignus planetarum confluxus, Cometa, cæteraq; impressiones meteorologicæ prodigiis refertæ. Eclipses multa damna causare, præsertim Sole in dodecatemoriis pernicioso constituto, omnium Astronomorum consensus est, quomodo autem & quæ virtute tam exotici effectus causentur, ne & hoc naturæ arcanum præterisse videamur, è fundamentis exponam.

*Eclipses
quod conse-
rat ad pe-
stem.*

Suppono itaq; primò, Solem totius vitæ fontem esse, qui calor sui vivacitate omnia penetrat, animat, fœcundat, conservat, sine cujus perenni & incessabili influxu Mundus consistere non posset;

*Macula-
rum in Sole
multitudo,
laborantis
Solis indi-
cia.*

*Experien-
tia à ma-
culis Solis.*

*Quomodo
fuliginosa
Solis eluvis
aërem
inficiat.*

patitur tamen & is suos quoque subinde morbos, uti in Itinerario Ex-
stático patefecimus; qui certo tempore truculenta Martis & Saturni
tyrannidi invasus, ingentibus febribus æstuarè incipit, fuliginumque
globis ex visceribus eructatis, non sibi solum, sed & sublunari Oeco-
nomia & circumsitis globis contagiosam labem virtute radiorum im-
portat; Contingit autem hoc eo potissimum tempore, quo totus So-
lis discus innumeris macularum eructationibus fervet, quæ aperta
sunt intra viscera ejus latentis nescio cujus peregrinæ fuliginis indicia;
quæ evomita uti superficiem infestat solarem, ita quoque vitalis lucis
inferiori Mundo debitæ diffusioni, ingens obstaculum ponit. Terra
itaque vitalis hujusmodi lucis nonnullam jaeturam passa, unà cum
circumsitis elementis (haud secus ac corde fuliginibus nocivis op-
pleto, omnia membra languent, & variis morbis obnoxia sunt (ne-
scio quid malignantis temperamenti acquirunt, quod cætera omnia
mixta participant. Rem autem sic se habere experimento jam à 40.
annis comprobatum est; nam observatum fuit, quod quandocunque
Sol hujusmodi macularum efflorescentiis exuberare visus fuit, mox
& pestis & innumera mala Orbem concusserint; quæ quidem tunc
vehementius operantur, quando Luna intercedente Sol deliquium
passus fuerit; hoc enim durante, dici vix potest, quantum detrimen-
tum subeat aura illa vitalis, qua omnia vivunt in inferioribus; mox
enim ac peregrina cœlestis influxus fuligine tingitur, illa pari pacto in
nescio quas degeneres catastas abit; terra, aqua, aër à naturali affe-
ctione declinantia, in putres & exitiales partus paulatim disponun-
tur, qui suo tempore ad maturitatem perducti, eas quas paulò ante
descripsimus, calamitates adducunt.

Sed mirari forsàn quispiam posset, quomodo fuliginosa hæc So-
lis eluvis aërem inficiat? Dico, cum fuligo hæc ex solaris corporis
partibus nonnulla malignitate imbutis profluat; certum est, illam un-
nà cum radiis in inferiorem rerum administrationem propagari; quæ
cum subtilissima sit & efficacissima, statim aëris substantiam tingit,
non secus, ac si quis in cameram odoribus repletam pessimi fetoris
suffumigium inferret; hic enim mox omnibus odoribus suffocatis,
aërem sui juris factum subderet, dum eandem, qua ipse pollet, quali-
tatem ei imprimit, tantò hominibus perniciosiorem, quanto ipse
malignioris naturæ est. Ita dico, si solari fuligini lucis per Ecclipsin

priva-

privatio intercitat, certè aër præter lucis, quod patitur, detrimen-
tum peregrina quoque Solis eluvie vitiatus malignitatem augebit,
Nec desunt historiae, quibus mea hæc sententia stabiliri possit.

Anno 334. per 17. dies Sol Cælo quamvis sereno, lumen tamen
terris non ostendit, quod summi prodigii loco visum fuit; hoc sta-
tîm & bella & fames, & pestilentia unâ cum Constantini Cæsaris mor-
te consecuta sunt; Solis autem palliditatem non aliunde, nisi ex ma-
cularum, quibus fœdabatur, exuberatione profluxisse, hodierna ex-
perimenta luculenter demonstrant. Anno 1547. Sol per tres dies
simili macularum fœditate inquinatus apparuit, ingentium iis tem-
poribus currentium calamitatum nuncius. Narrat Cedrenus, So-
lem tempore Justiniani Imperatoris instar Lunæ sine radiis lucem tri-
stem præbuisse patienti similem: quod ostentum crudelissima illa,
pestis, quam supra adduximus, qua quotidiè Bizantii decem homi-
num millia concidebant, consecuta, monstravit non vulgarem fuisse
stragem illam, quam vel ipse Sol veluti pulla veste indutus toto anno
luxerat. Occiso quoque Dictatore Cæsare, & Antoniano bello, fa-
me & peste sociato, toto anno Solem diro mortalibus omine impal-
luisse Plinius refert. Innumera hujus loci hæc adducere possem la-
borantis Solis prodigia, sed hæc ad confirmationem rei sufficient.

Quid porro plura Ecclipsium damna referam? Anno 241. Ecclipsin
Solis ingens terræ motus mox & hiatus excepit, qui unâ cum homi-
nibus multas Civitates absorpsit; ac postremò pestis secuta vix ulli
hactenus comparanda. Pari pacto Ecclipses Solis infelici loco con-
stituti semper hujusmodi malorum catastrophæ attulisse, longum,
foret hic enarrare; quare qui plura hujusmodi desiderat, is consulat
Lycosthenem, Fritschium, Aventinum, Cornelium Gemmam, ali-
osque similium prodigiorum commemoratores.

Si porro maleficorum Planetarum: Martis, Saturni,
Mercurii, confluxum consideremus, is certè funesta radiorum
foeturâ unâ terrestribus elementis commistâ, tales effectus
producit, quales summa admiratione temporum memoriæ nobis
ob oculos posuerunt; Unde mirum sanè non est, tam varias & dispa-
ratas rerum geneses, tam repentinas novorum morborum nun-
quam aliàs auditorum emersiones, tam exoticam elementorum
commotionem, meteororumque luctuosa prodigia suis temporibus,

*Probatum
experien-
tia non-
nullorum
annorum.*

*Solis obsc-
ritas tem-
pore Con-
stantini
Magni.*

*Solis lan-
guor &
palliditas
tempore
Justiniani
Imp. pestis
prodromus.*

*Ecclipsis
juncta ter-
ra motus.*

*Mars &
Saturnus
Irrum Ar-
chitecti.*

*Inde exoti-
sitarerum
progentes.*

*AnCometa
aliquid ef-
ficiant in
inferiori-
bus.*

*Cometa-
rum gene-
sis.*

magna animorum suspensione & impendentium malorum augurio coincidisse; cum ea omnia natales suos in supernis cœlestium globorum domiciliis habeant; quos uti penetrare plerique Philosophi nequieverunt, ita sub occultæ qualitatibus velamine ea indigitantes, nescio quibus naturæ disidiis explicarunt; unde qui altiora hujus naturæ arcana penitus rimatus fuerit, arctissimasque connubii leges, quibus inferiora Superioribus adstringuntur, penetraverit altius, illi sanè nihil in reddendis exoticorum effectuum causis denegatum esse videti poterit. Verùm cum de ratione influxus planetarum supra actum sit, non amplius his immorabor, sed ad Cometas calamum converto, de quibus commune mortalium iudicium est, eos aliquid semper sinistra portendere; quomodo autem id contingat, & qua virtute id efficiant, nobis jam exponendum incumbit. Arcanum hoc naturæ mysterium in Itinerario Extatico sat superque exposuimus, ubi & docuimus; Cometas ut plurimum ex evaporatione solaris corporis, dum vehementius æstuans ingentes in æthera fumos ejaculatur, generari; Modum verò quo producuntur, vide in dicto Itinerario fol. 159. hic enim reiterata descriptione docere supervacaneum esse ratus sum. Hoc itaque posito tanquam irrefragabili fundamento, facile est ad abditas exoticorum, quos operantur, effectuum causas pertinere. Sicuti e contra, qui eorum geneseos incunabula non penetrarint, minimè mirum cupiam videri debet, eos tantopere in genuinita causa, effectus recto ratiocinio determinentur. Hoc tempore Deus Opt. Max. dum nobis aliquo usque armati oculi beneficio in altioris Naturæ archivium pertingere permisit, multa sanè pro infinita sua providentia remoto velo ostendere dignatus est, quibus ad nonnullas veræ & indubitata Cometarum geneseos causas pertingimus. Sed rem explico denique. Dixi supra, Solem suos subinde pati morbos, utpote horrendis ebullitionem ignearum tempestatibus & procellis agitatum; unde fit, ut ingentium fumorum effluvia in æthereos longè lateque exporrectos sinus evomat, quæ uti ex tenaci & glutinosa materia constant, ita non facile dissipantur; sed in vastissima ætheris spacia dilatando sese senulatim propagant, atque una cum Sole, tum impulsu, tum tractu, intra solaris motus semitas proinoventur; donec à Sole remotiora fluxilis ætheris arbitrio relicta, quò ea fors tulerit, a-

nomalo

nomalo motu feruntur. Atque hanc exhalationem calidam & siccam è solaris corporis visceribus ejaculatam, & ab eodem Sole in alto ætheris recessu illustratam, verum Cometam dicimus; hæc enim exhalatio si ex ea parte Solis, qua firmamentum respicit, ejaculetur tunc supra solem, si qua terram respicit, egesta fuerit, prope Mercurium aut Venerem Lunamque, infra Solem morari conspicietur; Si ex occidentuâ parte; tunc ortum Solis præcedet, si ex ortiva, occasum ejusdem sequetur. Habes, quæ fusè in Itinerario descripsimus; at paucis hic repetitam Cometicæ generationis originem; Restat, ut eos potissimum effectus, qui tantopere mortalium animos percellunt, explicemus.

Vulgus Philosophorum ut plurimum futurorum eventuum signa colligit ex Cometarum apparitione, tanquam illis rerum omnium mutuâ Sympathiâ connexa; ut si quis gladium, veru, vel cornutam aciem vel tubam referat, illud bellis significandis signum sit opportunius; qui Solis similitudinem gerit, magni alicujus principis ortum, si lætus fulgor existat; obitum ejusdem, si tristis atque pallidior; funestum ac tragicum finem, si ater aut perfusus sanguine videatur. Sunt etiam qui in acutam pyramidem conformato, ignis prædominia, & ex analogia quadam in Rempublicam tyrannidem significant; si verò in amplitudinem spargantur, ex pari analogia populi notent seditiones & tumultus; si verò æqualiter à capite ad finem, ac majori latitudine proferantur, terræ motum rectius, famem rerumque penuriam, civitatumque subversiones & legum mutationes aperire posse existimant; qui verò multiforem faciem præsentant, ob aëris analogiam rectius putant, posse ad pestilentia strages morbosque id genus insolitos & epidemicos accommodari. Idem de similibus esto judicium.

Nos verò rem istam ex suis causis ponderantes; dicimus Cometam, qualiscumque tandem is quoad formam, figuram, colorem existat, nihil prorsus virium habere ad effectus supra memoratos significandos; non inquam plus posse, quam nubes, quæ terrestrem superficiem ambientes in multiplices formas transformantur, omni quoque colorum genere tinguntur; quis enim unquam audivit, nubes in figuram draconis efformatas, regioni alicui ingentia mala influxisse? quis sibi ex maligno virgarum, trabium, gladiatorum, quibus

*Ex figura
& colore
Cometa
quædam
Vulgus prognosticas.*

*Cometes
nihil visua
producit,
sed signum
solum est
corporu,
unde pro-
fluxit, ma-
le consti-
tuit.*

subinde

*Pluvia
portentosa.*

*Cometes
nubes est à
Sole & vapo-
rata.*

subinde nubes induuntur, influxu metuat? cum pœnè quotidiâno aspectu vilescant, ac proinde in animis hominum nullam vim prognosticam obtineant; si pluvias, imbres, tonitrua, grandinem, nives excipias, cujusmodi tempestates ex colore nubium faciliè nobis innotescunt. Quapropter sicuti nubes terrestres nihil exotici in terra parturiunt, nisi eo tempore, quo astræ profluvio imbutæ, spuria quædam rerum peregrinarum semina in altum unâ cum vapore elata, ibidemque antiperilaticâ quâdam luctâ exclusa unâ cum imbribus mirificam futuram præcipitant; unde & pluvie portentosa dicuntur, quarum plena sunt omnia Historicorum monumenta. Et si subinde vermibus, muribus, sanguine, frumento, ranis, similibusque peregrinis insectis pluissè legamus, certè id neutiquam nubis naturæ adscribendum est, sed astræ spiritus virulentæ, qui elementari massa dominans, similem rerum genituram ponit, cujus particulæ unâ cum vigore in altum elevata, ibidemque exclusæ, uti diximus, dum pluvie militæ in terram delabuntur, hominum animos rei novitate stupefactos & attonitos in infortunati alicujus eventus augurationem sollicitant. Haud absimili ratione Cometes ex se suaque natura nihil potest, cum nihil aliud quàm simplex halitus sit, ex solaris corporis visceribus in ætherem eructatus, ibidemque in amplissimam & immensam nubem condensatus; cum præterea is ab omni solariuni facium rejectamentis purgatissimus sit, atque ob summam raritatem quæ attenuatus est, vix corpus retineat ad virtutis malignæ ex Sole secum sublata profluvium diffundendum sufficiens, certè non video quomodo tam disparatos effectus in Terrigenum regno perficiant. Quanam itaque horum effectuum, quorum Cometa non nisi extrinsecum signum est, causa sit, aperire contendo. Audisti, ni fallor, præ, Solem ex malignorum circumditorum planetarum influxu sollicitatum suos quandoque morbos pati, morbos dico solari naturæ consentaneos, & ad microcosmi varios infirmitatum confluxus profusus analogos; cum enim Solem non simplex corpus ex purâ luce constitutum, sed mixtum & variâ seminalium rationum miscellâ factum asseramus, quemadmodum hodierni temporis ex observationibus deprompta experimenta demonstrant, de quibus Itinerarium nostrum consulas velim: Hinc fit, ut Sol peregrino vapore agitatus ingentes ebullitionum æstus patiat, quibus intrinsecus latentis semina

nar
Spin
M
oti
rati
stur
que
vid
mic
ciâ
secu
solo
met
trin
men
re in
neo
scell
qua
stis
doq
elen
tare
defe
supr
reve
stell
dici
rum
sed
imm
mer

narii miscella excitata foras protrudit vitiatam foeturam, quæ solaris spiritus tinctus unâ cum radiorum profluvio in intimam terrestri Mundi Oeconomiam derivatur, atque ibi, quos diximus, effectus exoticos pro diversa spiritus tinctura & virtutis aliter & aliter constitutæ ratione operatur; deficiente verò Solis morbo, & profluvium funestum cessare necesse est, ut proinde natura rerum non sine arcano quodam consilio hanc necessariam rerum vicissitudinem constituisse videatur; Nam hoc pacto ab omni vitiata fuligine Sol purgatus, inimicam vim Terrigenis immisissam duplicatâ virtutis salutiteræ efficaciam perimit, atque ad eam nova fundat in terrestri Mundo salubritatis secuturæ feminaria. Vides igitur, quomodo hujusmodi effectus à solo laborantis Solis paroxysmo procedant, minimè verò à Cometa, qui dictæ commotionis peractæ non nisi signum quoddam extrinsecum est, quænamadmodum fumus ingens latentis alicubi vehementis incendii indicium est. Quod verò Cometa alio & alio colore imbutus, nunc plumbeo, modò buxæo, jam sanguineo, aut ferrugineo spectetur, id non provenit nisi ex varia solaris liquoris, variâ miscellâ deturpati, constitutione; assumente Cometâ colorem ejus à qua prodiit, evaporationis solaris. Ex his fusiùs aliquantò deductis luculenter patet, quomodo tum Sol, tum reliqua sidera, si quandoque in infausto situ constiterint, maligno radiosæ virtutis profluxu elementarem Mundum feriant, & quomodo ex hoc influxu elementares virtutes tinctæ eam exoticorum effectuum multitudinem, quam descripsimus, producant; ad hujusmodi enim influxus, omnes, quas supra enumeravimus, pestis causæ, veluti species ad genus quoddam revocari possunt. Innumera porò de reliquis tum planetis tum, stellis fixis, ad effectus hujusmodi mirum in modum cooperantibus dici poterant; verùm cum argumentum hoc tanta rerum dicendarum copia & ubertate polleat, ut id non dicam hujus libelli angustiis, sed vix vastissimo comprehendere queant volumine, ei amplius non immorabor; sufficiat nobis ad majora altioraque physiologiæ sacramenta, veris artis filiis viam demonstrasse.

*Quomodo
Sol inferior
vitiata inficere
dici possit.*

*De colore
Cometæ.*

H

§. IV.

§. IV.

Experimenta nonnulla & observationes circa contagionem aëris.

*Quomodo
catenatim
per astrum
unum Spiritum
inferiora
paulatim
inficiantur.*

Solet nonnunquam pestem præcedere animalium, uti bouum oviumque interitus, cujus quidem rei ratio alia non est, nisi ille astrum, de quo diximus, Solis, Lunæ cæterorumque planetarum Spiritus pestifera quadam qualitate imbutus, quo elementa inquinantur; horum enim unum in alterum transmutatum virtutem malignam non perdit, sed auget. Itaque cum hac vi pestifera aër & aqua polluta sint, ea (uti pluribus supra diximus) conceptam qualitatem motu terræ communicant, atque hoc pacto subterraneo aëre putrescentis spiritus unâ cum halitibus perniciosa virtute imbutis, terræ poros penetrans, plantarum arborumque radices infestat, hæc contagione spiritus infectæ eam, & herbis & fructibus communicant, atque adeo vires, fructifera arbores & segetes mox ægritudinem concipiunt, male se habent, & tandem putredine & noxio humore repleta, & se & eis alita terræ animantia conficiunt; unde rectè Abensina de contagione; si corrumpat arbores, & vegetabilia corrumpuntur & animalia, quæ ea comedunt. Quæ & Maro 3. Æneid. pulchrè expressit.

— Subito cum tabida membris
Corrupto Cali tractu miserandaque venit
Arboribusq; satisq; lues, & leviser annus
Linguebant dulces animas, aut egra trahabant
Corpora, tum steriles exurere Sirim agros,
Arebant herba, & spicas seges egra negabat.

Lib. de locis.

Certè quæ ex terra proveniunt Hippocrate teste, ipsius terræ naturam sapiunt & sequuntur; vitiatâ itaque terrâ, vitiantur & omnia reliqua, quæ ab ea producantur; ex vermium itaque insectorumque variorum genesi, terra putrefactiones conceptas præstagent ea producit, quæ & conceptæ putredinis naturam oleant, fructus vero delictet inspidos, odoris incongrui ac corruptioni perquam obnoxios: quæ & Galenus notavit; verba ejus adducam: Sata atque pleura cum terram subeunt, trahit unumquodque, quod terra inest, sua naturam consentaneum, cum vero id, quod trahitur, inquinatum sit, coguntur ut

Lib. de elementis. cap. 1.
9.

etiam

etiam inquinari; fungorum, putridarumq; rerum copia augetur. Germina, arbores, plantæ pereunt, deficcantur frumenta, antequam ad maturitatem perveniant, rubigine vitiantur, tristi colore inficiuntur; quibus si bruta vescuntur, conceptæ virulentia trulentia intereunt; moxq;ve ingentia pulicum, cimicum, musicarum, culicum, papilionum, araneorum, erucarum, ricinorum, buprestium, scarabæorum agmina pullulant; quæ & ipsa putredine exitiali infecta pestem quoque in universam aliquam provinciam ventis australibus, aut à paludibus dispersam, adducunt. Diximus à ventis australibus, aut è paludibus ejusmodi pestium seminariis delatam, hinc inde dispersam; sunt autem seminaria illa nil aliud, quam fumosæ & pulverulentæ quædam adhærentiæ, quæ nascuntur ex tenaci, humida & pessimæ conditionis materia per ventos palustria loca transeuntes dispersa, quæ plantis arboribusq; obviis, talem colorem induunt, tali putredine inficiunt, quam putrilaginosi venti constitutio præ se fert; neq;ve tamen omnis australis ventus hæc secum incommoda portat, sed is, qui infecta loca lambens, turbidus, pulverulentus, nebulosus & superflua humiditate gravidus est; ex hac siquidem & multipedia infecta viridia, uti cantharides, cincindelæ, crustaceis alis auro fulgentibus diversæ species, præter morem & consuetudinem producuntur; quæ tædiosa insectorum progenies virulento suo effluvio mox & aërem & alimenta cum alitis inficit. Verùm hæc experimentis comprobabimus.

Observatum fuit à Vespillonibus fide dignis iis in locis, ubi pestifera lue extincti sepeliri solent, omnes circumfitas plantas dictis vermibus infectisq;ve ita scaterere, ut qui id non propriis oculis compererit, ut id credat, induci vix possit; ajunt autem esse æruginem quandam non similem illi, quam singulis annis herbæ statutis temporibus generant, sed degeneris omninò & spuria, sive formam sive colores spectes, naturæ; cujus rei ratio in propatulo est; halitus enim cadaverum venenosus terræ poros penetrans, dum se radicibus herbarum insinuat, eas illa qualitate, qua ipse pollet, imbuunt, unde ex peregrina putredine animalia nasci, nihil mirum esse debet.

Observatum fuit secundò, teste Andrea Gallo, peste Tirolensi Comitatu imminente, subterranea in Alpibus animalia, martes, glires, talpas, taxos, serpentes montium antris & latebris præter

*Plantarū
morboſa
conſtitutio.*

*Quæ Ventū
peſtis adu-
cenda oportet
ſunt.*

*Experi-
mentum
veſpillonū.*

*Vapor è ca-
daveribus-
ſepultis
plantas ſi-
trat.*

*Animalia
subterra-
nea latib-
us relictis,
plantisq;
se commit-
tunt.*

morem desertis, mediis sese campis non sine communi germinum, holerum, fructuumq; detrimento infudisse; Sed neq; hoc mirum cuiquam videri debet; cum enim dicta animalia exitialis spiritus nequitiā inolescentem optimè præsentiant, imminentisq; sibi ex aëre virulentia tyrannide interitus periculum instinctu quodam naturæ discernant; necessariò iis desertis purioris aëris haustu extra nativas stationes vitæ salutiq; suæ consulunt, quam tamen veluti extra centrum suum constituta non acquirunt, sed ex contraria iis statione mox infirmata morti cedunt, relicta post se intoleranda hominibus animalibusq; putredine.

*Viror sta-
gnorum
quod por-
tendat.*

Tertiò observatum fuit, quod quandocunq; stagnorum aquæ ad littora virorem quendam concipiunt, tenui veluti cuticula contentum, vermibus minutis, lendibusq; fœtidum, culicum præterea vesperamq; nec non ranarum in quietis agminibus circumdatum; pisces quoq; supino corpore natantes, aut omninò mortuū deprehenduntur; pestis illa imminētis luculentissima signa sint; halitus siquidem peregrina indole imbuti, dum per fundum stagni exspirantur, fieri non potest, ut id quod ipsis inest, cæteris quoq; sive piscibus, sive insectis vegetabilibusq; non communicent, atq; adeò effectus exoticos parturiant pestis prodromos.

Experimenta specialia infecti aëris.

1. Quomodo peste infectis aëris signa deprehendas.

1. Accipe ex libano panem siligineum calidam adhuc, quem supra tectum domus loco aperto, aut perticæ ultimo apici alligatum aëri noctem integram expones; si aër putredine pestifera infectus fuerit, panem postero die totum mucidum reperies; & si eum canis aut gallinæ devorandum projicias, is ex insita qualitatē virulentia, aut eum non attinget, aut si devorabit, portinus morietur, quod in aëre sano & nullo vitio polluto minimè accidet.

Experimentum 2.

2. Si tempore matutino rorem prope terram è graminibus collegeris, & panem eo maceraveris, si gallinæ aut canis eum projeceris, aut eum non attingent, aut ex comesto mox sæva Symptomata experientur.

Experimentum 3.

3. Si in altiori loco domus aprico vasi seu conchæ aquam infuderis, eiq; unam libram vitrioli admiscueris, ferrum quoq; candens in eo extinxeris, postea unum atq; alterum diem aëri expositam

reli-

reliqueris, comperies tandem; cuticulam quendam pertenuem aquæ superficiem tenere; apertum aëris infecti indicium; aqua enim hoc pacto accommodata, quidquid vitiosum tum intra aquam, tum in aëre fuerit, id in se tractum in huiusmodi viscidam constringet pelliculam; qua si panem aut carnem maceraveris, cani quæ devorandum projeceris, is haud dubiè mox concidet.

4. Si superioribus domus conceptaculis, omnia tabulata muri, lectisternia, mensas præter solitum humectatas reperies; carnes quoque, panes, ova, poma talem mucorem vermibus scatentem conceperint, qualem in locis subterraneis & putrido aëre infectis posita dictæ res concipiunt, certò concludere poteris, aërem omninò infectum esse. Multa hoc loco similia adducere poteram contagione infecti aëris ex variis aliis authoribus collecta signa, sed nobis illa tantum hic apponere visum fuit, quæ & experimento comprobata & verissima sunt, alia verò solum ex hominum opinione conficta & nullâ experientiâ fulcita prætermisimus.

*Experim.
mentum 4.*

§. V.

Signa pestis jam contractæ.

Non in tot se formas transmutat Protheus, in quot morborum genera se pestifer hic Draco transformat; unde nihil difficilius, quam in principio contagionis veram & genuinam pestis indolem, ob summam Symptomatum diversitatem, varietatem, morbi quæ inconstantiam, cognoscere; subinde frigore exotico adoritur correptum; nonnunquam calore quodam peregrino & spurio, interdum cum nausea & vomitu, quando quæ vigiliis summa inquietudine & sudoris frigidi fluoribus, cordis anxietati junctis agitatur; in quibusdam urina optima, in nonnullis pessimæ conditionis est. Est quoque ea pulsuum varietas, ut vel ex hoc capite vix rectè quidquam dignosci possit; in quibusdam pulsus à sanissimi hominis pulsibus non differt, in aliis contra turbulentus, fervidus, velox, & interruptus; quare ex his & similibus aliis quoque morbis communibus, vix rectè

*Signa in
principio
ignota
sunt.*

*Signa pe-
stis certa.*

carbunculi, macularum ubicumque, quibus totum corpus deturpatur, varietates, bubones tribus potissimum locis nidulantes sub axillis, in inguine & circa aures pestiferos fetus edunt cum vibices dorsum, fœmora aliasque partes carbunculi occuparint; mortis verò imminentis signa sunt horridus infirmi vultus, pulsus nulla certa lege mobilis, quem Medici formicantem vocant, extremorum membrorum rigor, nasi livor, frequens cordis deliquium, inquietudo summa sociata amentia, halitus, denique fetidus, & summe contagiosus. Verum de his Medicorum consule observationes.

§. VI.

Signa pestis jam deficientis.

Pestis Atheniensis à Thucydide descripta propria.

Est & hoc observatione dignissimum, quod Thucydides memorat, & experientia dicti veritatem sat superque demonstrat in multis Urbibus, pestis contagione afflictis. Refert enim, annum qui præcesserat pestem, fuisse salutiferum, & vix ullum notatum fuisse sporadicorum morborum, id est variarum infirmitatum singulis annis currere solitarum, vestigium. (Cujus quidem rei rationem in sequentibus assignabimus;) Pestem verò sequenti anno, omnibus reliquis morborum copiis veluti proscriptis, solam hominibus durum dominii sui jugum imposuisse; quo finito tandem, mox sporadicos morbos, sive quod idem est, solitas infirmitates omnis generis, veluti à longo quodam exilio revocatas, stationem suam resumpsisse; luculentissimum proscriptæ jam pestis extinctæque indicium; est enim pesti naturalis & ambitiosa quædam potestas, quâ nullum alium sibi morbum conregnare patitur, sed ipsa omnes alios currentes morbos in sui naturam conversos suæ facit jurisdictionis. Mirum profectò illud, quod de Peste Ægyptia Prosper Alpinus narrat; cui nos in Medicina hieroglyphica adstipulamur. Incipit ut plurimum pestis in Ægypto sub principium Septembris Nilo jam intra alveum condito, & durat usque ad Junium Sole Cancrum subeunte. Et quamvis pestis sit savissima, atrocissima & virulentissimi veneni, ita ut anno 1580. quingenta hominum millia illa concidisse citatus paulò ante Author referat; mox tamen ac Sol Cancrum subierit, ecce pestis veluti siderata omnem nocendi facultatem deponit; incipit ordina-

dina-

dinarius sporadicorum morborum cursus, corpora melius habere, pestiferæ contagionis feminaria prorsus extingvi, ita ut nulla sit vestis, aut alia suppellex ita infecta, quæ non sub idem tempus extincto fomite liberrimum innoxiumque usum omnibus sine ullo metu præbeat. Cujus quidem rei ratio alia esse non potest, nisi aëris omnimoda mutatio per Ethesias, sive ventos Septentrionales Austrinis oppositos facta; atque adeò, quam Austrini venti inæqualem aëris constitutionem, inclementiamque ob ingentem putredinem in corporibus humanis causatam, pestem attulerant, eam Ethesiæ contraria pollentes qualitate sub idem tempus abdita naturæ vi spirare incipientes, mox aboleant, aërem purgent, putredinem in corporibus stabulantem consumant, ac tandem totius Cœli faciem in salutiferum statum restituant. Quoniam verò non sola venti Septentrionalis frigiditas, tam repentinæ mutationis causa esse potest. (Nam pestem non obstantibus Ethesiis, in Europa nihilominus durare, experientia docet.) Aliud hujusmodi venti reconditus quoddam adjunctum habent, quo destructa pestiferæ contagionis foetura tam mirificum adeoque repentinum effectum præstet. Dico itaque causam hujus effectus esse, intermedii Maris Mediterranei exspirations seu halitus quosdam, qui ventis supradictis in Ægyptiam delati tellurem pestem mox conficiant, qualitatibus pestiferæ sui tota substantiæ similitudine contrariis, ejusmodi esse potest acidus quidam vapor, ex vitriolo, sale, sulphure, de quibus illud mare abundat extractus, qui uti penitissimæ subtilitatis est, ita omnia mox subiens, qualitatis contrariæ & inimicæ foeturam è vestigio adurendo excedendoque conficit, summo totius Ægypti bono. Quam ego certè proximam sublata Ægypticæ pestis, quam descripsimus, causam, salvo aliorum judicio, esse existimem: sed hæc de signis pestis sufficiant.



SECTIO

SECTIO II. EROTEMATICA,

sive,

De variis quasitis, naturam & ratio-
nem pestis concernentibus.

CAPUT I.

An sola imaginatione pestis contrahi possit.

*Vis imagi-
nativa fa-
cultatis.*



Ti magna & stupenda vis imaginativæ facultatis est, ita multi quoque non incongruum esse existimant, solius tantum imaginativæ seu phantasticæ potestatis energiâ, pestem contrahi posse; haud secus ac mulieres gravida scetibus suis earum rerum, quas aut vehementi vi imaginatæ sunt, aut ardenti desiderio depereunt, in exteriori cutis superficie imprimunt caracterismos; de quibus vide Artem nostram Magneticam lib. 3. de Magnetismo imaginationis. Inter cæteros verò Medicos Joannes Baptista Helmontius hanc, de qua differimus, imaginationis vi in peste contrahenda doctrinam pro aris & focis defendit. Nos tamen si illi aliquid concedendum putamus, in præcipuo tamen hoc capite, ab illo dissensimus, uti apparebit, cum ejus opinionem exposuerimus.

*Opinio
Helmontii.*

Putat itaque Helmontius pestem non à Cælo, non à Terra, Aqua, Aëre, non ab aliis generari, nisi occasionaliter, & merè per accidens; sed auram vitalem seu spirituum opificem potentiam, quam Archæum vocat, totius vitalis auræ moderatorem, ex idea conceptæ pestis, gas fracidum jam (ita enim vocat Paracelsus secutus) & dispositum, quem cruorem tartari vocat (& est Spiritus non coagulabilis) pestifero veneno infectum, pestem generare; siquidem ipse Archæus perterritus statim pestiferam concipit imaginem eamque desertis corporis regendi habentis suis asseclis communicat; unde conturbatâ vitalium negotiationum Oeconomîâ, venenum occasionaliter adveniens expulso profligatoque Archæo totum Microcosmum sibi vendicat.

*Gas fraci-
dum quid?
Cruor tar-
tari
quid?*

dicat
itaque
coag
huc n
miale
mate
quan
Imag
tali se
terror
chai p
& rab
ductu
sicuti
organ
se hor
per vi
prod
anim
pestis
fit ut
etiam
fit sub
lum p
ris ve
que l
niofi
rum i
tigiff
omni
rum i
scrib
cti A
extra
dicat
fiam

dicat ejusque statum ad internecionem usque conficit. Terminus itaque pestem antecedens primus est *gas* fracidum, sive Spiritus non coagulabilis peregrinâ tincturâ mistus, qui tamen cum inficere adhuc nequeat sine alio termino correlativo, quod est fermentum muriale, nimiram Archæus pestis susceptor; nam virulenta pestis-materia per contagium in nos traducta non contaminat quemquam, nisi Archæus illam apprehenderit, sibi que appropriaverit. Imago itaque pestilens secundum Helmontium, consistit in aura vitali seu Archæali, ut materia continente, cui impressum est venenum terroris Archæi tanquam efficiens immediatum. Neque verò Archæi pavor, fuga, desperatio, ipsum venenum est; sicuti animantis ira & rabies non est ejus venenum; sed pestiferum venenum est ens productum ex imagine pavoris & vestitum ipsius Archæi substantia; sicuti ira serpentis imaginem in parte Archæi deponit, illamque ad organa executiva iræ deponit in saliva. Est autem virus pestilens in se horridum ac contagionis ratione multò truculentius illo, quod per vitalem perturbationem, quæ est in ira serpentis, aliisque bestiis producitur. Contagio enim pestis serpit in adstantes, nec cum vita animalis perit, ut solent alia bestiarum venena; eò quod venenum pestis non inhereat vitæ, sed effumanti inde auræ jam infectæ. Quo fit ut quodcumque subjectum, sive aura, vestis, aut aliud quidpiam etiam pavoris terrorisque nescium, quod odore imbui potest, idem sit subjectum idoneum, in quod productum pavidæ imaginis sigillum possit imprimi, non aliter quam terra calcata ab homine celestis vestigi, non tamen nisi canibus sensibilis imaginem refert. Atque hæc est philosophia de pestis origine ex mente Helmontii ingeniosior fortassis, quam intelligibilior. Equidem fateor acutum virum in suo quod Tumulum pestis nuncupat, Opusculo nonnulla attingisse, quæ physicam reconditiorem sapiant. Attamen neque in omnibus ei subscribere, præsertim cum omnium cælestium corporum influxum, jam tot seculorum experimento comprobatum describat: dein, quod pestis essentiam & quidditatem in sola terrefacti Archæi imagine & idea constituat, neque pestem ulla ratione extra hunc conceptæ contagionis accessum existere & subsistere possit, quod experientiæ pariter reclamât. Fateor igitur phantasiam multum posse in similibus; ut in phantastica gravidarum

Fermentum muriale.

Archæus Spirituum vitalium opifex.

In quo consistit pestis ratio ab Helmontio assignata. Comparatio ex Veneno canis rabidi.

Opinio Helmontii non subsistit, variis experimentibus.

Phantasia seu phantastica gravidarum.

*darum
quid?*

*Concipi non
potest pe-
stem in sola
imaginati-
one consi-
stere.
Imago de
peste con-
cepta in
cadavere
persevera-
re absur-
dum est.*

*Pestem non
in sola
phantasia
esse, inau-
mera Sym-
ptomata
satis do-
cent.*

feu pica laborantium, affectione patet, dum rei ardentius volitæ Characterismum in infantis corpore imprimunt; dum canis rabidi virus longo tempore, ceu sub favillis reconditum, tandem in apertum & conclamatum hydrophobiæ phrenesiosqve incendium exurgit, phantasiâ in ideales canis conceptus transformata; sed hæc cum animantis morte pariter extinguuntur: Estq; longè in pestis Symptomatis tam horrendis, tamqve variis exoticorum paroxysmorum agitationibus expositis, dispar ratio; horum enim omnium effectricem causam esse solum nudamqve Archæalis conceptus ludibrium, quis conceperit? præsertim cum hanc imaginem non solum in viventibus, sed etiam in mortuorum cadaveribus in contagiû propagationem perseverare dicat. Phantasiam vehementem multum posse in concitandis humoribus notum est; unde multi se videre putant, quas non sunt, cæstro libidinis percelluntur, infirmitates, quas vehementer imaginantur, ipsas incurrunt; sed quomodo concepta pestifera hæc imago in cadavere perseveret, quis est, qui sibi persuadere possit? Cum extra naturale suum subjectum consistere non possit. Si verò transplantata fuerit ex viventis subjecto in cadaver, ubinam suppositabitur in virulento morticinio dictum imaginis terriculamentum? Cum omnes Philosophiæ terminos excedat; quomodo phantastica imago à vivente homine concepta in emortuo corpore transplantata sine naturali facultatis phantasticæ organo existere possit; præterea quomodo pestis ab imagine terrificæ essentialiter dependens, cum unica specie sit, tam mirificos tamen effectus operetur? tam distinctas in humano corpore partes affligat? dum nunc in bubones, anthraces, escharas, vesiculas, pustulas, tumores, vibices sese exerat? modò stomachum tam potenter vexet, jam caput & cor tam dirè premat, subinde acutissimos paroxysmos, interdum lentos sensimqve micantes, nonnunquam suapte spontè fatiscientes producat: omnibus tamen ab unica terroris Archæalis imagine procedentibus? quomodo verò in contagionis fomite hærebit evanida illa jam ab Archæo separata idea? Hinc enim sequeretur, hominem in quantumvis saluberrimo aère constitutum, nulla pestis vicinæ suspicione, sola imaginatione ex horrore pestis sibi tantum malum procreare posse; quod quàm absurdum sit, quis non videt? His igitur omissis: quomodo pestis imaginatione & terrore concipi possit, jam aperiemus.

Docui.

Docuimus in præcedentibus, pestem; antequam quempiam corripat, semper alicubi vel in aëre, aqua, terra, vel aliis in rebus latentibus fomitis igniculos continentibus hospitari; ita ut nunc possit quispiam corripit, nisi à præexistente in dictis rebus contagione. Contingit itaque ut non nemo subito ac sibi de peste suspectum quempiam, aut suppellectilem infectionis labe contaminatam attigerit, aut odorem tetrum & virulentum perceperit, mox ingenti horrore concussus, de contagione concepta sollicitus existat, jamque veluti de vita actum suspiciens miris modis agitur; unde inquietus, & immensam percussus tristitia mortis semper imaginem præ se fert, phantastica facultatis violentiam omnes passim humores conturbante. Tandemque animo ad ea inducti terriculamenti ludibria dispellenda minus sufficiente, incrassescit Spiritus, contrahitur cor; atque ad extremum vitalis aura ex terrore & melancholica fuliginis adspiratione condensata, in intimis recessibus pestiferum semen extrinsecus haustum veluti in materia longè aptissima excipit; ubi mox furore summo in transversum fert omnia, favissima prætorum catastrophe totam Microcosmi Oeconomiam in jus suum vertit, atque hanc stragem nos pestem vocamus imaginatione conceptam genitamque, quam & circumstitis rebus virulento suo halitu, phylacteria sua dilatando, pari pacto communicat. Semina itaque præcedere debent pestis generationem, sine quibus fieri non potest, ut quantumcunque quispiam terreatur, quantumcunque anxie mente pestem sibi imaginetur, peste corripatur; præsuppositis verò pestis seminibus nil facilius est, quam pestem vehementi imaginatione rei omnium funestissimæ contrahere; siquidem imaginationem terror, terrorem melancholia & mœstitia cordis trahit; hæc spirituum ad cor coëuntium sequitur condensatio; condensatis spiritibus, aura vitalis veluti corpore quodam induta, in se tandem recipit extrinsecus advenientis virulentæ contagionis hospites; hi simul intromissi, qualitate & insita sibi virtute & proprietate vitalem auram imbuunt, quæ non tantum corpus, sed & per contagionem circumstantes primò inficit, deinde hi alios & alios, donec propagata spuria sobole, non Urbes tantum, sed & integra regna devastet. Imaginativa itaque facultas ex se & suam naturam minimè pestis effectrix & fabricatrix est, sed solummodo humores & spiritus dispositione quadam habiles reddit,

Quomodo per imaginationem & terrorem contagionem contrahatur.

Semina pestis semper præcedere debent, ut ea contrahatur.

Quomodo imaginatio disponat ad pestem.

Imaginativa facultas non est effectrix pestis.

quibus dispositis externum & peregrinum virus in iis suas, ad totius microcosmi ruinam machinas explicat; haud secus ac humor melancholicus seu hypochondriacus, dum hominem invadit, præter horrenda Symptomata, aptum quoque crassitie sua habitaculum præparat ad peregrina rerum phantasmata & diabolicarum illusionum apparatus. Quemadmodum scitè sanè & eleganter in doctissimis suis de Hypochondriaco morbo operibus, docet eximius Doctor Paulus Zacchias. Vides itaque quomodo pestis contagio solà quidem imaginatione, non tamen sine externi contagii concursu acquiri possit, quo non existente, nihil quoque ex sola imaginatione consequi posse eorum effectuum, quos pestis operatur, certum est; vel ipso fatente Helmontio, pestem externam, quam tamen pestem esse non admittit, occasionaliter ad generationem pestis ab Archæo factam concurrere. Nisi itaque ambientis aëris massa sit infecta, nisi fomes pestiferi halitus mihi inhæserit, nullus esse poterit tantus pestis terror, ut inde, ambiente puro & ab omni contagione soluto pestem mihi adsciscam, hoc tamen, si seminibus pestiferis imbutum fuerit terrorque imminentis mali, atque adeò vehementior fortassis de nonnulla concepta jam labe suspicio accesserit, tum enim verò perturbatis ex mœstitia humoribus pesti ambienti denique aptissimam præparatur habitaculum, ubi sese figat, ubi tyrannidis nequitiam ad ultimam usque hominis perniciem exerceat; natura siquidem habenas deserens manus victas morbo tradit, dum scilicet pars continens à contento hoste victa reliquum totum sibi simile reddit, non secus ac gangræna minutula totum mox morbificat; ita & morbosa miasmatum materia parte cui adhæret infectâ totum integrale mox inficit: neque enim semper ab initio innata morbosa materiæ semina, nisi ambientis infecti oportunitate datâ, ut diximus, exeruntur.

*Quantam
eum imagi-
natione ad
pestem con-
trahendam
concurrere
debeant.*

CAP.

CAPUT II.

An venenum pestiferum vel quodcumq; aliud veneni generis in corpore humano naturaliter gigni possit.

Sunt non pauci Medicorum, qui affirmativam sententiam mordicus, sunt & alii, qui oppositam, teneant. Nos medium inter utramque sententiam tenebimus. Prioris sententiæ ad stipulatores, venenum in corpore humano generari posse, docent ex Hippocrate; qui narrat phreneticum quendam vomitu vitream, quendam virulentæ conditionis materiam reddidisse, & ob eam iisdem prorsus, quibus intoxicati, Symptomatis correptum fuisse. Huic pariter sententiæ Galenum subscripsisse luculenter patet ex cap. 5. lib. 6. de locis affect: ubi ex professo quæstionem exagitat, atque ex corruptione humorum maxime in hysteris venenum produci posse decernit. Posterioris sententiæ Sectatores asserunt, nullum venenum propriè dictum in corpore produci posse; eò quod veneni activitas sit supra omnem agentis naturalis virtutem, utpote tota substantiæ similitudine calori naturali hominis contrariam: calor autem naturalis cum bonum semper intendat, nil sibi contrarium producere potest. Utramque sententiam discutiemus, ubi prius quomodo, & quibus modis venenosæ qualitates in homine videantur generari posse, exposuerimus.

Suppono itaque primò, ut venenum in corpore humano generetur, aliquid concurrere vel ab extrinseco alimento assumpto; vel à loci conditione, vel ob latentis veneni in extrinsecis circumstantiis energiam, vel à vehementi animi perturbatione; quæ in sex classes dividemus.

Primò itaque venenum generari potest ex internorum humorum corruptione; sed humores corrumpi posse non videntur, nisi ex putrilaginoso in alimento latente contagio; quod humorum massam fuligine sua tingat, tinctam ad venenosam corruptelam disponat; potest autem id fieri ratione multiplici. Certum est, nonnullis alimentis ita comparatum esse, ut sine noxa sumi vix possint, utpote occulta & insensibili veneni qualitate in occultis eorum recessibus

*Quenam
conferant
ad veneni
generatio-
nem.*

*Nascitur
venenum
ex humo-
rum cor-
ruptela.*

delitescente; cujusmodi sunt nonnulli fructus, & fructibus proxima edulia; videlicet Melopepones, poma persica, fructus immaturi, pruna, semiputrida poma, & ex herbis fungorumque generibus innumera. Nam quemadmodum supra ostendimus, cum nullum sit fructuum, nullum herbarum genus, quod non sua putredine insensibili vermes producat pariter insensibiles, qui venosæ proprietate turgidius intus magna quantitate unâ assumpta, virus communicant chylo; hic pravitate jam infectus in cætera vitalia membra per occultos corporis mæandros, eandem propagat, unde successu temporis spuria morborum genera exurgunt in ultimam hominis ruinam conspirantia; & patet exemplo Salviæ & fœniculi, quæ vermiculorum quoddam genus, uti puro veneno fœtum, ita manducantibus per incuriam oppidò perniciosum & prorsus exitiale producunt; adeo ut quemadmodum ex Botanicis retulimus, multi incauto esu eorum de repente ceciderint exanimés. Idem contingit in Melopepone, qui quanto salubriori substantia constat, tantò deteriore in putredinem jam putrefactus degenerat. Hujus farinæ sunt omnis generis fructus, quando ad summam maturitatem jam perducti sensim insensibiles putredinis portiunculas declinant, qui mox insensibilium vermiculorum (uti nobis Smicroscopii experimento constitit) foetura scaterere videntur; & hi comesti, nescio quid virulentum semper secum adferunt, unde varia & improvisa morborum genera nascuntur; uti experientia hîc Romæ docet in mensibus fructiferis, Junio, Julio, Augusto, Septembri, quibus ob continuum & indiscretum usum fructuum Zenodochia, mox agrorum implentur turmis febres malignæ increbrescunt, magnâ mortalium strage. Unde magna cautela & non nisi quantitate mediocri cum delectu & melioris notæ ab iis, quibus sanitatis cura est, assumi debent. Ficus etsi sit innocentissimus fructus; nescio tamen quid cortex ejus lacte turgens, causticior intra viscera causet, unde multos novi, esu ficuum ad exquisitam maturitatem nec dum perductarum, ex vehemēti lactis ficulnei acredine in intestinorum exulcerationem incidisse, non nisi morte solutam.

Venenis generis ex esu herbarum poxiarum.

Secundò. Venenum quoque casu subinde generari potest, dum herbæ venosæ pro salubribus colliguntur in usum culinæ; cujusmodi sunt, cicuta cum petroselino, hyoscyamus pro boragine, solanum

lanu
quã
pa
infi
men
coc
ctis
ta f
pos
mix
cox
fero
desc
quã
opp
nia
vici
alte
pen
dan
pos
ven
diis
effu
in in
lori
Sim
tius
Miz
quo
que
inst
fio
run

bus

lanum pro atriplice, indifereto usu comparata: dici enim vix potest, quàm improvisa stratagemata in corpore humano exsuscitent, quàm pauci ex assumptis hujusmodi malis evadant. Novi ego duos ex insigni familia Religiosos, qui quodam die ex evangelicæ jactura fementis redeuntes, dum mensæ vires lassas relaxaturi accumbunt, & cocus iis primo loco ferculum ex radicibus petroselinæ carnibus incoctis apposuisset (radices autem, quas ipsi petroselinæ putabant, cicuta fuerant, quæ petroselino ita similes sunt, ut non nisi odore discerni possint, quas ex inculto horto unâ petroselino magna quantitate mixtas per summam ignorantiam raptim extraxerat, carnibusque incoxerat) Patres appetitu stimulati mox adoriuntur plenum toxico ferculum, mortis in olla hospitantis ignari; vix enim in stomachum descenderat cibus, cum ecce virulentæ virtutis copias explicat; siquidem caput utriusque tam horrendis fuliginum exhalationibus opplevit, ut uterque protinus mente captus, insignis & exoticæ insanæ signa dederit; primus urgente peregrini veneni furore mox in vicinum lacum se præcipitans, in anserem se transmutatum assererat; alter omnibus spoliatis disruptisque vestibus, in publicum prorumpens, nil nisi flumen ad intestini incendiî vehementiam extinguendam appetens in anatem se transformatum, sine aquis vivere se non posse clamabat; cognitis tamen à Medicis ex totius corporis livore veneni incendiis, tantum cathartics, cardiacis, & bezoarticis remediis effecerunt, ut veneno aliquousque suppresso, mortem quidem effugerint, totâ tamen vitâ langvidi, & paralytico tremore ex veneni in intimas fibras implantatione perculsi, vitam reliquam summis doloribus exantlaverint, intra triennium uterque tandem extinctus. Similes strages edidisse Solani varias species, quarum grana inconsultius comedentes in lethargum & horrida Symptomata incidisse, fusc Mizaldus, Mathiolus, Fuchsus aliique narrant. Fungorum esus quot confecerit, experientia quotidiana docet. Fungus qualiscunque sit, semper malignus est semper exitialium qualitatum apparatus instructus, etsi non statim sentiatur, frequenter tamen comestus, nescio quid successu temporis occultæ machinationis in interiori viscerum administratione molitur.

Tertio. Nascitur & venenum ex malignis animalium halitibus; cujusmodi sunt loca serpentibus, rubetis, stellionibus aliisque pesti-

*Cicuta in-
consulto
sumpta
Symptoma-
tumq; ca-
rortorum
gratitas.*

*Solani per-
niciosa
qualitas.
Fungorum
usus perniti-
ciosus.*

*Genesis ve-
nens ex ha-
litibus an-
-*

*malium
Venenato-
rum.*

*Felis hali-
tus noxius.*

*Felis &
canis rabi-
di Genenū.*

*Historia
mirabilis.*

*Alia histo-
ria de in-
toxicatis
lebetibus.*

*Carnes,
piscis &
frumentū
ad putre-
dinem ver-
gentia no-
xia.*

*Pestis in e-
xercitu C.
Marīi
Marsiliam
obsidentis.*

Olla aenea

pestifera sobolis animantibus, uligine & putrida humiditate referta, quorum exhalationes venenoso spiritu turgida intus per inspirationem suscepta, magnam subinde malorum legetem pariunt. Felis halitus omnibus modis jejunis vitandus est, siquidem pulmonem petit & ex ulcerat, ac tandem phthisios fundamenta jactat. Ranarum, feliumque esus tam perniciosus est, quam venenum sub iis abditum potentius; ranæ siquidem cum ex putrida humiditate limi pessima qualitate imbuti originem trahant, veneno carere non possunt; quod enim limus malignus in ipsis operatur, id hæc esu assumptæ in hominibus. Felis verò rabiæ aut morsus, aut comestio omnia venena superat, dum non secus ac canis rabidus ad morsum in sui transformatur imaginem, ita & felis in suam; & lugubre superioribus annis exemplum docuit trium Helvetiorum juvenum, qui patriam repetituri, dum nescio in quas cum caupone tricas circa ciborum conditionem incidissent, is vindicaturus se, felem in rabiem primò actam assatamque hospitibus apposuit, quam illi cuniculum reputantes totam consumpserunt, sed vix itineri se peracto prandio commiserat, ut dum ecce omnes in rabiem acti, voces simulantes felinas, manibus quoque digitisque in unguium modum incurvatis, obvios quosdam impetierunt, capti tandem restricti omnes intra paucas horas interierunt.

Vidi & luctuosam catastrophem Monasterii cujusdam in Germania, qua Monachi intra unius diei naturalis spatium ad unum extincti sunt omnes incuriâ cœci, qui carnes coxerat in lebeti immundo, in quam bufo pinguedini inhians noctu irrepererat, suoque veneno infecerat.

Quartò. Venenum generatur ut plurimum quoque ex pravo alimentorum succo, uti sunt carnes, piscesque in putredinem vergentes, qui uti semper secum veneni seminarium ferunt, ita mirum in modum humorum massam vitiant in cibum assumpti; hujusmodi quoque sunt frumentum, lolii & aruginis vitio contaminatum, quo nihil ad exitiales popularesque morbos concitandos perniciosius est; & exemplum sat docet Caji Marii, dum Marsiliam obsideret; totus enim exercitus ex marcido alimento in vasus peste ingenti strage concidit.

Quintò. Venenum in corpore humano produci potest, vitio lebetum æneorum; quod, uti venenum minerale est summæ efficacitatis

ita v
iis co
mira
citata
sunt,
tæ ar
poris
lient;
& me

inclina
produ
adust
nere,
bus in
dum
produ

re pro
um o
su fie
tute
indiv
tate
contr
ctio
aliud
quen
calor
est, u
stem
certe
dum
ment
boru
inde

ita vis virulenta & caustica, præsertim dum aceto imbuta: carnes in caustica & si
 iis coquuntur, excitata æruginem quandam viridem producit, quæ pollent.
 mira in humano corpore ex cibis ibidem decoctis Symptomata concitatur. Ex carbonibus quoque lignorum veneniferorum, cujusmodi
 sunt, taxus, napellus arborefcens, similiqve venenosa qualitate refer- Carbones
 tæ arbores, quibus accensis, dici vix potest, quanta in interiori cor- ex noxiis
 poris Oeconomia, ex exitiali fuliginis malignitate damna conci- arboribus
 lient; quod & de Lythanthracibus seu carbonibus fossilibus arsenico Venenosos
 & mercuriali spiritu turgidis dictum velim, vapores
 continent.

Sextò, Credi vix potest, quantum in corpore ad putredinem Perturba-
 inclinante, iræ, odii, vindictæ, perturbationes, ad venenosos morbos rones ani-
 producendos possint; biliosus enim humor ira effervescens, dum mi, mul-
 adustione sua omnia torret; ingens inde homini stratagema immi- rum ad
 nere, omnibus Medicis in confesso est. Atque hæ sunt rationes, qui- malignas
 bus in humano corpore virus generari possit. Modò examinan- q&altitates
 dum restat; num, quod in corpore humano venenum dictis modis faciunt.
 producitur, verum & propriè venenum sit; quod ut decidatur.

Notandum est, aliud esse venenum produci in humano corpo- An q&id
 re propria nativi caloris virtute; aliud illud ex infesta jam spiritu humano in
 um officina, ex veneno extrinsecus assumpto produci. Priori sen- corpore ge-
 su fieri non potest, ut verè & propriè venenum propria & nativa vir- neratum,
 tute caloris naturalis producat; cum enim calor nativus propriè proprie ve-
 individui bonum conservationemqve à natura sibi insita proprie- nenum sit.
 tate spectet, in hoc unicè intentus, ut omne naturæ conservandæ
 contrarium malum omnibus viribus dispellat; veneni verò produ-
 ctio sit finis & conservatiõni hominis è diametro contraria, nihilqve
 aliud quàm destructionem & exterminium caloris nativi, & conse-
 quenter hominis intendat, certè luculentissimè patet, venenum vi
 caloris naturalis in homine produci minimè posse; imò tantum ab- Calor na-
 est, ut id generet, ut potius nullum adeò fatalem exitiosumqve ho- turalis ve-
 stem habeat, quem plus vereatur, cum quo vehementiori prælio de- nenum pro-
 certet, quàm cum veneno. Contingit autem subinde, quemadmo- ducere non
 dum in præcedentibus ostendimus, hominem dum extrinsecò ali- potest.
 mento nociva & pestifera qualitate prædito utitur, sævissimis mor-
 borum specibus infestari, non quòd is venenum generet, aut id de-
 inde vitalibus membris distribuat; sed quòd virus externum sub ali-
 menti

*Quomodo
Venenum
nascatur.*

menti involucre reconditum atque intra viscera receptum, mox apertum nativo calori Spirituumque vitalium officinae bellum indicat, pestiferas virium suarum copias explicet, & sensim omnia susque deque ferat, donec proscripto calore nativo unà cum vita exterminato, desideratà tandem victoriâ potiatur; & hoc quidem non contingit, in omni venenosa qualitate alimento commixta, sed in virulentissima tantum & ratione efficaciam suam potentissima; Si verò calor naturalis in vigore suo naturali persistat, & veneni potentia non superet caloris nativi efficaciam; fit quidem, ut inde corpus venenosa qualitate cum alimento hausta, variis & exoticis infirmitatum monstris tentetur, quæ tamen successu temporis calor natus cardiacorum & articularumque subsidiorum copiis sibi conjunctis, domet & exterminet, homoque à molestissimo hospite liber & immunis pristinae sanitati restituatur. Atque hoc pacto dici potest venenum aliquo modo in corpore humano gigni posse, videlicet per virtutis malignæ in alimento latentis in humorum massam insinuationem, aut aliunde proveniente accessu, quæ sex modis fieri posse supra ostendimus; neque tamen malignæ qualitatis productio verè & propriè venenum dici potest, sed veneno quid haud absimile. Si verò sive ex vegetabili, sive ex animali aut minerali officina venenum verum & naturale ab homine hauriatur, id sanè non à calore naturali productum, dici debet, sed ab extrinsecus assumpto corpore, quod interiorem hominis statum ea mox, quæ ipsum pollet, virulentia, pro ratione veneni imbuat; ac tandem ingenti ferocia cuncta conficit.

Ex quibus sat superque patet, quomodo hujus quæstionis status resolvendus sit; patet quoque, quomodo pestis venenum dici possit; quomodo non: aliæque circa hanc propositionem exorientes difficultates nullo negotio solvi possint.

CAPUT III.

De prodigiosis pestis effectibus eorumque varietate.

Non disputabimus hoc loco de mirandis pestis effectibus qui ex Symptomatum, quibus infecti corripuntur, diversitate elucescit; de his enim in præcedentibus uberrime actum est: sed de iis, quæ externum pestis statum & exoticas

invasio-

invasionis leges concernunt, quæ tantæ & tam insolentes sunt, ut omnium penè Medicorum ingenia variè torserint. Mirum sanè nonnulli videri posset, quomodo unus inter media cadaverum agmina, inter pestiferos correptorum pædores mephytimqve à peste immunis; alius vel ad primum halitum correptus concidat, quantumvis sanissimi & robustissimi temperamenti; cur pestis subinde juvenes, nonnunquam mulieres, interdum virgines & gravidas tantum invadat, virili verò sexui parcat. Observatum fuit à Mercuriali peste invaluisse tempore Juliani Apostata, quæ tertium tantum ordine domum invaderet, intermedia ab omni contagione libera; cujus tamen incolæ, dum deserta statione pestem vicinam fugiunt, puriorem aërem quæsituri; tunc tandem peste occupati, ubi minime putabant, interiëre. In America indigenæ certis morbis contagione plenis infestantur, impunibus ab iis Europæis. Refert ingrassia Basileæ pestem invaluisse, quæ solos Helvetios infestaret, minimè Gallos aut Italos. Quosdam tempore Gregorii Magni sanos adhuc & viribus robustos veluti fulmine quodam sagittatos, alios sola sternutatione aut oscitatione concidisse memorant. Memorant & Historici Franciæ, pestem quandoque in solos nobiles & divites seviisse, non in pauperes & mediocris fortunæ homines. Tempore Cæsaris Maximini pestis in solos Paganos seu Ethnicos, minimè in Christianos suas explicuit vires. Quarum omnium rationes designare, etsi difficile sit, tamen tentabimus singulorum rationes reddere. Quod itaque subinde homines vel ad levissimam occasionem corripantur, alii perpetuò cum vivis & mortuis conversantes, nullam contagionis labem contrahant; variis id modis contingere potest; vel ratione temperamenti hominum, vel ratione veneni illos infestantis; qui enim curam pestiferorum habent, homines plerumque vilis conditionis & projectæ vitæ sunt, naturâ robusti, & omni malorum imminentium apprehensione carent; Unde fit, ut eo tempore, tum opportuna magnorum lucrorum messè, tum lautioribus copiosioribusque epulis excepti perpetuò gaudeant, contagionem pro nihilo habeant, neque ulla apprehensione de morbo contrahendo laborent; ad pestiferam verò contagionem evitandam nil efficacius sit, quam animum habere omnis melancholiæ expertem, curisque solum omnimodis; Vinum quoque melioris conditionis, uti & larga dapum

*Disorsio
contagionis
hominis
cur à peste
in cadaveris
tur.*

*Mirape
stis propria
et al.*

*Pestis solis
indigenis
lethifera.*

*Pestes no-
tabiles.*

*In solos In-
fideles.*

*Solutioes
casuum.*

*Cur multi
peste non
corripian-
tur, in me-
dio tamen
pestifero-
rum consti-
tuti.*

*Summa
pestis vi-
rulentia
veneni
parcit.*

*Mithrida-
tes veneno
assuetus
intoxicari
non potuit.*

instructio lætitiæ cordis auget, robustumque reddit contra mali-
gnas pestiferæ labis inspirationes; Unde mirum non est, hosce reli-
quos minus tentari. Accedit & temperamenti naturalis constitutio,
quod in nonnullis hominibus tantum potest, ut nihil ferè in eo possit
contagio, propter naturalem quandam veneni cum iis aut litem aut
amicitiam, & si quid violentius sese apud ipsos insinuaverit, continuis
tamen laboribus, sudoribus atque animi tripudio id totum facile e-
vincant; Unde assuefacti tandem infecti aëris haustu, infirmorum-
que servitiis perpetuò distenti, quasi in alteram naturam transmutantur,
haud secus ac ij, qui in subterraneis fœtore aërisque corruptione hor-
ridissimis carceribus multis annis vitam sanissimam traduxisse le-
guntur, cum tamen ii, quibus cibum iis subministrare incumberat,
halitu illo putente sapius prostrati sint. Notum est, Coriariorum
officinas tanta putrefactarum pellium mephyti imbutas esse, ut ne-
mo non assuefactus impunè in iis perseverare, aut Mephytim sine ca-
pitis offensa diutiùs sustinere possit, coriariis tamen in iis haud secus
ac in odoriferis rosariis cum gaudio, lacri spe, versantibus; idem de
cæteris sordidarum artium cultoribus, uti vespillones latinarumque
expurgatores sunt, dicendum est. Idem contingere solet iis, qui in-
ter palustres aquas degunt; hi enim ad crassum & uliginosum aërem
assuefacti, salubriorum montium auram tanquam sibi inimicam, ob
nimiam subtilitatem temperamento eorum contrariam experiuntur,
Unde ut vivere possint, ad nativum solum remeare coguntur. Hanc
itaque ego causam esse puto, cur qui curam infectorum habent, non
tam facile corripiantur, quam cæteri, quamvis tamen hæc non sit in-
fallibilis regula; Nam in nupera Neapolitana peste tam infirmorum
curatores, quam vespillones cadaverumque conductores ad unum
omnes, nimia putredinis virulentia, magnam quoque partem Ro-
manâ extinctos audivimus. Scribitur in vita Mithridatis, postquam
veneno assuetus, omnes inimicorum machinas elusisset, ab eo more
sibi solito puellam quoque à juventute ita veneni quotidiana sum-
ptione assuefactam fuisse, ut nihil ferè esset adeo venenosum, quod
non sine noxa sumeret; Unde tantam virulentiam è toto corpore ex-
halavit, ut vel solo aspectu visualiumque radiorum vibratione sibi ap-
proximantes inquinaret; Lenones verò procosque suos vix ad con-
gressum admissos, mox extingueret, Quemadmodum igitur homo

cum

cum tempore veneno fumendo affvescit, ita cum tempore illi, qui multo tempore & continuata cum pestiferis conversatione utuntur, amico veluti inuito quodam cum luce pestifera consortio, immunes à contagione fiunt. Mirum & id, quod Ferreolus Locrus narrat in suo Belgii Chronico fol. 354. de Congregatione S. Elig. j. Bethuniæ instituta; Ex qua nullum unquam, quamvis ex vi regulæ dictæ Congregationis pestifera contagione extinctos sepelire obligentur, peste correptum obiisse constat, sed hæc potius divinæ, quàm naturali virtuti ascribenda sunt.

Cur verò homines literati, etiam naturâ robusti, quoniam & ipsi Medici non assuescunt, tam facile corripiantur, causa est timor pestis: noverunt enim occultas veneni vires, & quod æquo pede adoriatur omnes, nemini abditis suis sagittis parcens: hinc vel ad primum pestiferorum occursum, vel ad suppellestem infectam, de nonnulla contagione in se derivata suspicantur, inquieti redduntur, & melancholica perturbatione agitantur, semper idolum mortis imminens imaginatione volvunt; fit itaque ut sanguinis spirituumque officina rigescente, fugiente ob conceptam mæstitiam calore nativo, sanguis aptum constituatur pestis altius se insinuandæ subjectum, quemadmodum supra quoque ostendimus. Quod verò pueros, Virgines & gravidas præ cæteris potissimum, in nonnullis pestibus correptas legamus; haud dubiè unica causa est humidum temperamentum, malignis immundorum humorum quisquiliis inquinatum, quibus nihil pesti contrahendæ magis consentaneum esse potest; quibus immunitatis cum viri careant, magnoque virium robore polleant, eorumque temperamentum ad siccitatem quàm humiditatem magis inclinet, non ita facile corripuntur. Cur verò inter cæteras mulieres gravidæ hoc malo obnoxia sint, causa est, phantasticorum conceptuum exoticæ imagines, humorumque vitiosorum ubertas; quæ si ullo alio, hoc tempore maximè iis dominantur. Unde veluti ad flammam naphtha, ita pestis ad hujusmodi imagines humorisque positionem, dispositionemque accenditur: sed horum rationes, uti non magnas difficultates habent, ita facile expediuntur. Sequentia exempla majorem difficultatem patiuntur; Unde & paulò amplius tam exoticos effectus describendos duxi.

Pestem igitur fuisse referunt Medicorum observationes, quæ *Mira pestis* *tertiam* *quædam.*

tertiam quamque ordine domum in platea Urbis corripere, inter mediis domibus salvis & incolumibus, nisi quando fuga è vicinia sibi imminentem pestem declinare satagerunt; tum enim verò vel in saluberrimo aëre primum à peste invasi, nil tale quid suspicantes interiorerunt. Si vera sunt, quæ narrantur, causa tam exotici effectus disquiritur. Suppono imprimis, non omnia, quæ à Scriptoribus narrantur, eo prorsus ordine peracta fuisse, quo relata sunt; neque pestem arithmetice progressionis leges in adoriendis domibus observasse prorsus mihi persvadeo; sed casu id potius in una atque altera domo aut etiam in pluribus contigisse, verisimile est; unde postea toti alicui Urbi hujusmodi prodigiosum effectum, ea lege, quam in aliquot domibus servavit, adscriptum, ambitiosus calamorum pruritus plus æquo credulæ posteritati tradiderit: quod verò in aliquibus domibus pestis sævierit ad interuersionem cunctorum, in intermediis verò non item, contingere potuit hac ratione; quod domus correpta, contagium aliunde in domum suam transtulerint, vel per conversationem, vel tactum rerum infectarum, vel aliis quibuscunque modis: intermedia verò domus incolæ cum hujusmodi commercium strenuè vitarent, atque inter domesticos parietes magna cura & prophylacticorum comæatu provisi se continuerint; pestis quoque nihil in ipsis potuit: quod & in hunc usque diem Roma experta fuit, dum pestis ingentibus saltibus, nunc unam atque alteram domum in una quampiam regione corripuit, mox in altera quam dissitissima in hoc vel illo angulo se prodidit: quod quidem non factum fuisse dicemus, nisi per contagium, quo cum infectis amicis negotiorum causa inconsultius transigentes, uti in diversis Urbis partibus domicilia sua constituta habebant, ita reduces ab ægris comite pestilentiam mox domum totam infecerunt, cum totius Oeconomiam ruina. Unde ex hoc quoque multi solvuntur casus irregularis istius processus, quo pestis in invadendis non Urbis tantum dissitis domibus, sed & urbibus ipsis diversis in aliquo Territorio vel Provincia constitutis, ut plurimum utitur. Sed ut ad initio assumptum casum revertamur: nimirum cur intermediarum domuum incolæ, dum deserta statione, in qua sani manserant, salubrioris aëris gratia aliò se contulerunt, tum primum peste correpti interiorerint? Dico id pariter per fomitem contagionis, quem secum gerebant, factum esse: qui enim se ab omni commercio

*Pestis sal-
sus de do-
morentia
in domum.*

*Causa sal-
sus assigna-
tur.*

mercio

mercio infectorum separant, intus conclusi, ut plurimum metu & terrore imminentis pestis agitantur, unde cum ob mœstitam animi aura vitalis facile constringatur & constipatio reddatur, facile quoque vel levissimo contagiosi aëris vicini afflatu inficiantur: quoniam verò metu nimio compulsi fugam ineunt; fit ut agitatione corporis & calore, venenum conceptum ex centro ad circumferentiam cogatur, atque hoc pacto immunes fiant; mox verò ubi desiderii sui portum attigere, tum ecce discussum venenum alicubi adhuc latens vel vestibis reconditum, poris sese cutaneis subtili machinatione insinuans, denuò improvisos adoritur, donec ipsos tandem prosterнат; Et in omni pestis currentis tempore similia contingere longa experientia docuit? atque ex hoc capite quoque solvitur dubiam illud, cur vespillones infectorumque curatores, tum primum ipsi moriantur, cum pestis cessaverit; quoniam enim spes lucri victusque ubertas peste cessante cessat; seminaria quoque pestis secum ex continuo habitò cum infirmis commercio circumferunt; nil facilius est, melancholiâ interveniente & pessimâ diætâ, sui que cura neglecta, eos tandem veluti ex busto rediviva peste corripit atque extingvit.

Cur nonnulli vespillones peste cessante moriantur.

Cur verò in America nonnulli contagiosi morbi solis indigenis sint lethales; minimè verò alienigenis Europæis, aliisque? rationem hujus rei non aliam esse dixerim, quam disparatum temperamentum indigenarum, ad alienigenarum temperamentum comparatum. Quemadmodum enim singulæ nationes endemios morbos nationi alicui proprios generant, ita maximè eæ nationes, quæ toto cælo, toto diametro à nobis dissitæ sunt. Pendetque solutio hujus dubii à natura potissimum loci, quæ cum tale atque tale temperamentum constituat, quale est alimentum, quo nutriuntur: alimentum autem prorsus à nostro, sive carniū insolitarum, sive fructuum exoticorum; sive cæterorum nutrimentorum haud visorum rationem spectes, discrepet; fieri quoque non potest, quin morbi seminaria in alimentis latentia majorem habeant proportionem, & similitudinem ad naturalem hominum indigenarum constitutionem, (ex iis enim nutrimur, ex quibus gignimur, atque ut addit Hippocrates, ἐκ τῶν τροφῶν ὅσθι μὲν, οἷς καὶ ἔσθιμεν, ex iis infirmamur, ex quibus vivimus,) quam ad id, quo alienigenæ constant, temperamentum; natura siquidem similibus delectatur: magis itaque morbus connaturale sibi indigenarum

Cur pestis America alienigenis innoxia.

Pestis maxime inclinat in temperamentum sibi simile, dissimile juget.

narum

narum temperamentum ambit, quam alienigenarum quod uti ipsi dissimile & disproportionatum, ita quoque nihil in eo potest. Innumeris hæc exemplis stabiliri possent, nisi debitos huic tractatui terminos transilire vereremur. Qui plura desiderat, is legat Americæ Historiographos, Josephum Acoftam, Petrum Martyrem, Lætum, Garciam innumerosque alios, Prosperum quoque Alpinum de Medicinâ Ægyptiorum, ubi innumera hujus farinae exempla reperiet.

Pestis Helvetiorum, solos indigenas infestat.

Porrò quod ad illius pestis rationem attinet, quæ Basilææ durante, Helvetios tantum, minimè Gallos & Italos invasos fuisse referunt Agricola, Gallus, Cardanus aliique: Istius rei rationem hanc do. Diximus in præcedentibus, pestem ut plurimum ex pestiferis exhalationibus primam sui originem trahere; hisce itaque exhalationibus cum herbæ, graminâ fructiferaque arbores per radices attracto succo primum spuria qualitate inficiuntur, hæc verò in nutrimentum cedant animalibus, bobus, pecoribus, pecudibusque, certum est, & lacticinia & carnes pariter inde morbosam quandam constitutionem acquirere; Helvetii verò cum lacticiniorum carniūque esu ferme perpetuò, vini que potu liberalius hausto impleantur; fieri quoque non potest, ut corruptis pestifera qualitate nutrimentis, illi quoque pari qualitate non inficiantur. Quod itaque memorata peste in Helvetia dominante soli indigenæ corrupti fuerint, id totum originem suam à nutrimentis lacte & carnibus animalium pestifera qualitate, uti dictum est, infectis, traxit; quibus nutrimentis cum Galli & Itali non uterentur, neque ciborum intemperanti usu excederent, sanè infici iis quoque non potuerunt, atque adeò solos ipsos infectos, qui sibi similes à juventute similibus nutriti, naturale corporis temperamentum simile acqviserant. Quod si quis objiciat, Italos & Gallos tunc temporis hospites communi alimento usos, & ipsos pestem contrahere potuisse? Respondeo, cum Itali & Galli temperamentum habuerint, ex alimentis suis regionibus propriis constitutum, oppidò ab Helvetiorum temperamento disparatum, certè pestem in illud, utpote sibi disproportionatum non multum potuisse; quemadmodum nonnulli quoque tali subinde & tam robusto temperamento pollent, ut panè à peste etiam inter ingentes hominum strages ipsi soli impunes videantur; ita usu venisse Gallis & Italis, qui tamen per transennam communi alimento usi sint, temperamentum tamen

objectio.

radia-

radia
ipso
Am
filiis
stati
itaq
exor
rame
stitut
li mo
Prosp
mini
dii ar

infect
mira
in Ch
Opt.
rum,

fulmi
non a
five p
nuati
tanea
Fran
thor
oppr

radicale hoc exiguo tempore immutare non valuerunt, ut pestis in *Quantum*
 ipso impressionem faceret: sicuti supra quoque diximus de morbis *possit tem-*
 Americanorum, qui in Hispanis advenis nihil quidem possunt; in *peramen-*
 filiis tamen ibidem natis, & juxta morem gentis educatis, morbi vis *tum ex*
 statim in illis ac cæteris indigenis virtutem suam exerit. Totius *cerva esbi*
 itaque hujus effectus ratio desumenda est, ex pestis tunc temporis *constituti-*
 exorientis consensu & responso quodam mirifico, quem ad tempe- *one acqvo*
 ramentum ex patria vivendi ratione acquisitum habebat, ita con- *sium.*
 stituturum, ut in solos indigenas, minimè in alios ageret. Ita nonnul- *Ægyptii*
 li morbi Ægypto familiares, teste Petro Vallæo in suo Itinerario, & *nonnulli*
 Prospero Alpino in libro de medicina Ægyptiorum, solos Ægyptios, *morbi solos*
 minimè tamen Europæos infestant; quod nescio quid occulti dissi- *Ægyptios*
 dii arguit in temperamentorum contrarietate absconditi. *infestans.*

Quod verò tempore Maximiniani soli pagani & gentiles peste *Miraculo-*
 infestarentur, nullus Christianorum; id non tam vi naturali, quàm *su pestis.*
 miraculo adscribendum putem: Sicuti enim pestis ob atrocissimam
 in Christianos persecutionem à Cæsare excitatam, in pœnam à DEO
 Opt. Max. inflictâ fuit, ita Dei protegente dextra nulli Christiano-
 rum, etiamsi in servitio insectorum toti essent, nocuit.

Quomodo verò multi etiam sani & robusti tempore pestis veluti
 fulmine percussi protinus concidant exanimes; istius causam aliam
 non assigno, nisi repentinam veneni pestiferi, sive per infecti aëris,
 sive per cadaveris vicini evaporationem suscepti intra viscera insi-
 nuationem; cujus vehementiâ cor constrictum suffocatumque subi-
 taneam iis mortem intulit. Quæ denique Aymo narrat de peste
 Franciæ nobiles infestante, id quoque divinæ vindictæ dictus Au-
 thôr ascribit, ob summam, quâ in pauperes pupillosque sæviebant,
 oppressionem. Habes hîc Lector causas prodigiosorum effectuum
 assignatas; quæ si minùs placeant, meliores tibi assi-
 gnanti haud gravatè me subscripturum
 polliceor.

L

CAP.

CAPUT IV.

*De mirandis contagii sive fomitis pestiferi effectibus,
& quænam res contagii capaces sint.*

DE natura contagii multa in præcedentibus dicta sunt; at nonnulla tamen ibidem omiſſa hoc loco eventilanda reservavimus. Contagium itaque ex supradictis, est vis & facultas quædam transmutativa alterius rei in suam substantiam. Sed quoniam transmutans & transmutabile ex se & sua natura debitam requirunt distantiam, ut effectus contagionis consequatur; hinc contagium tribus potissimum modis contingere potest, vel per contactum immediatum, vel mediante aëre, vel per fomitem in distans. De singulis tribus hoc capite variis quæstionibus disceptabimus.

Triplicimodo contagium acquiri potest.

Contactum rerum acquiruntur pestis.

Quæritur itaque primò, quomodo & quibus quotuplicibusque modis pestis per immediatum contactum acquiratur? Respondeo multis modis id contingere posse: quod ut quam lucidissime constet; nonnulla superius explicata paucis hæc recolenda sunt. Dico itaque primò, vel terræ pestiferas expirationes, vel aërem contaminatum atque eo hominem infectum, totius contagii secuturi originem esse: exhalationes enim pestiferæ è terræ visceribus expirantes primò aërem inficiunt, aër haustus tandem hominem inficit; hic alios innumeros tandem malo acquisito onerat. Dico secundo non tantum per immediatum infecti contactum acquiri pestem; Sed & per contactum omnium earum rerum, quæ in loco, ubi decumbit æger, sunt, infirmitatem contrahi posse. Quæ, quomodo fiant, expono. Pestem plerumque animatam esse supra docuimus: æger enim pestifera ferocia infestatus, mox excellentem contrahit putredinem, quam ad vermes generandos omnium aptissimam esse ibidem docuimus. Sunt autem hi vermiculi pestis propagatores tam exigui, tam tenues & subtiles, ut omnem sensus captum eludant, nec non nisi exquisitissimo Smicroscopio sub sensum cadant, atomos diceres; tanta verò identidem repullulant multitudine ut sub computum non cadant: hi uti ex putredine concepti & generati fuerunt, ita per omnes corporis meatus porosque facillè unà cum halitibus sudoriferis extruduntur, at cum vel levissima aëris agitatione

Vermiculi pestis propagatores minimi, insensibiles.

con-

concententur, non secus ac atomi intra radiosam Solis projecturam in obscuro loco factam, agitantur; atque hinc inde diffuunt, ita ut quodcumque obvium incurrerint, illi mox tenacissime adhæreant, intra intimos rerum poros altius insinuati. Rem autem aliter se non habere, ac dixi, me sanguis putridus febribus laborantium sat superque docuit, quem una aut altera hora post emissionem ita plenum vermibus inveni, ut penè me attonitum reddiderit; atque adeò hominem tam vivum quàm mortuum innumeris tametsi insensibilibus vermiculis scatere ex tunc mihi persuaserim; ut & hîc valeat illud Jobi: *putredini dixi, pater meus es: mater mea & soror mea, vermibus.* Quod & in dissectione Bubonum innumerabili vermium minutissimorum fœtura refertorum, dum Nosodochio præficeretur, ad meam instantiam non semel se observasse, testatur eximius & doctissimus Julius Placentius Medicus Romanus. Videbuntur fortassis nonnullis Medicis hæc paradoxa; sed noverint, multa latere in natura rerum antiquis & modernis incognita, quæ tamen summa horum temporum sagacitas armati oculi beneficio detexit, & ad oculum, uti dici solet, demonstravit. His itaque positis modò filum derelictum assumamus. Infectus itaque pestifera putredine, non tantùm verminosam pullulaginem per dictos corporis meatus extrudit, sed & cadaver ejus quàm maximè caloris putredini inexistens virtute in aërem & deinde eam in circumstita corpora egerit; quæ cum tenacissima sit & subtilissima, mox intra intima linteorum pannorumque penetralia se recipit; eodemque vermes humido vaporoso, ex quo fuerunt, illomet & nutriuntur. Atque hoc est primum & principale totius contagionis seminarium, uti docebimus.

1. Quodcumque ita infirmus invistitur à sano, aëri incluso non assuefacto, fit, ut vel ex corporis infecti, vel lecti linteaminumque verminosa eluvie scatentium contactu, illa non manibus tantùm, sed & ex motione aëris in vestes visitantis funesta fœtura diffletur; quæ occulta machinatione tandem poros dum subit, serpendo tandem etiam vitalibus membris communicatur; iisdemque symptomatis mox, quibus ex insita sibi vi infectos vexare solet, exagitat; Unde tandem, nisi naturæ robur aut bonitas forti pugna venenum ad exteriora dispellat, mortem consequi necesse est. Hic autem per immediatum contactum acquisitam pestem eadem ratione vicinis

*Modus quo
foris pro-
pagatur.*

communicat, quæ ratione eam ab altero acceperat: tandem integræ domus primum, & deinde urbes, tandem regiones etiam serpentis paulatim contagionis propagatione, magna mortalium strage inficiuntur.

*Quænam
pestifera
fœtura ca-
pacia sint.*

2. Sunt autem omnes res hujus pestiferæ fœturæ capaces: lintea, panni, vestes, pelles, tapetes, corium, spondæ, lecti, scamna, mensæ, vasa cujusque generis usque ad ipsa cochlearia, cultros, orbis, pocula, calceos, eïngula &c. Cum enim verminosa pullulago vel ad minimam aëris agitationem (quæ fieri potest, vel dum infirmus intra lectum, hinc inde se ex solita inquietudine jactitans, stragula linteaminaque nunc in hanc, nunc in illam partem distrahit, vel dum assistentes curatores infirmi aut lectum stragulaque dissipata componunt, vel agrum ad naturæ necessaria medicationisve opportunitatem collocant, elevant, in omnem partem versant) diffletur; ex hac verò diffatione, virulenta propago, haud secus ac atomi statu commotæ, in omnem partem se diffundat sumi adinstar; omnia infici necesse est: siquidem hæc fœtura diffusa cum tenuacissima sit, omnibus mox adhæret, profundius intra corporum poros intromissa; unde per contactum, non secus ac per contactam olei, mox manus novam nidulantis fœturæ propaginem acquiret, quam postea pro data occasione distribuit.

*Feles, canes, gallinae
pestifera
fœtura pro-
pagatores.*

3. Hinc animalia, feles, canes, columbæ, gallinæ & similes intra infectæ domus latibula hospitantes, vel ad primum infectarum rerum contactum, fœturam contagiosam recipiunt; & etiam si ex contrarietate quadam naturæ eam non inficiantur intrinsecè, eam tamen aliis vicinis domibus important; & per urbem contractam labem disseminant. Hinc tempore pestis canum, cattorum, similiarumque animalium domesticorum occisio & exterminatio præscribitur. Innumera sanè exempla, quantum ab hisce animalibus periculum infectis domibus imminet, docent. Refert Orensius in suo de peste libello historiam sanè consideratione dignissimam de Moniali quadam Mediolanensis Monasterii, quæ terrore pestis in ista urbe exorientis percussa, toto monasterio in optimo adhuc sanitatis statu constituto, prorsus sese ab aliarum sororum consortio intra cubiculum remotum separaverat, nulli se conversationi immiscebat, occursum omnium, singulari studio vitabat, fumis & odoriferis rebus cubiculo ab omni aëris introeuntis virulentia muniendo distinebatur. Acci-

*Historia
miræ.*

dit

dit itaque, ut rerum necessariarum comparandarum gratia (cubiculo aperto manente) quodam tempore egressa , dum reverteretur, selem lecto incumbentem reperiret, quâ fugatâ, dum lecto se committit, mox peste correpta ad ultimam mortis metam deducta fuit, quæ & post triduum secuta fuit, mirantibus omnibus, quomodo ab omni hominum consortio separata Sanctimonialis tam subitanam, labem acquirere potuerit; Inventum tandem fuit ex narratione, ipsius infirmæ, selem contagionem aliunde haustam cubiculo Monialis intulisse; ex lecti verò infectione Monialem pariter infectam tandem sine ulla morte interiisse. Quarej occisis felibus Monasterium postea ab omni contagione immune fuit. Novi Janitorem, Religionis nostræ, qui solo calce cani infecto impacto, pestis contagium acqviserit; imò muscas tum infirmorum, tum cadaverum, succo saturatas, mox in alias domos vicinas transmigrantes, dum sordibus suis comestibilia inficiunt, hominibus iis vescentibus contagium attulisse Mercurialis refert. Nobilis quidam in nupera Neapolitana peste, cum nescio quid ad fenestram observaret, ecce crabro quidam advolans naso insedit, & promuscidis spiculo eidem infixo tumorem quendam effecit, quo sensim crescente & intra viscera serpente veneno, intra biduum (haud dubiè ex contagioso humore, quem musca ex cadavere suxerat,) contracta peste extinctus fuit. Refert Forestus mirum quid ad nostri instituti rationem per-

Musca pestis feminatores.

Historia.

Historia.

4 Anceps quoque inter Medicos quæstio agitur, utrum vinum, oleum, butyrum, adeps & similia, metalla item omnis generis, contagionis expertia sint. Dico itaque, quod nulla res sit, quæ contagionis subjectum esse non possit; in aliis tamen plus, in aliis minus contagium posse. Si vinum ceterique liqvores qualescunque tandem sint, optimè intra sua vasa claudantur, contagionis incapacia sunt: secus iis liqvoribus contingeret, si in vasis apertis continerentur. Ratio est, quo liqvores clausi, aditum omnem contagiosis effluviis intercludunt; contra vinum, aqua, mel, saccharum, oleum, lac, non strictè clausa subtilissimis hujusmodi effluviis infici possunt; quorum omnium exempla hoc loco adducere possem, si opuscu-

An Vinum oleum aliqde esculentum pestem contrahant.

lum hoc similibus referre vellem: sunt enim hujusmodi contagiosa effluvia ad eò tenuis & subtilis substantiæ, ut nihil ferè sit, nisi quàm strictissimè clausum fuerit, quod non penetrent, & tenacitate sua conspurcent: quemadmodum enim omnes supradictæ res veneno ordinario intoxicari possunt, ita & multò magis veneno hoc pestifero: Si enim in aquâ limpidissimâ vitreo vase contentâ, statim minutissimi pulvisculi, qui in illud aperto ore sub insensibili forma cadunt, cuticulam mox tenuem efficiant, sedimentum ponant, vermiculos generent, uti ex superius memorato experimento constat; quanto magis corpusculorum minutissimorum contagiosa putredine polentium effluvia, ubi liquorem aut quodcunq; corpus sive molle, sive durum invenerint, illa inficiant; ut proinde perperam nonnulli oleum, vinum & aromaticas quasdam species à contagione immunes faciant: Est enim veneno pestifero ita comparatum, ut quemadmodum specificum est, & à totius substantiæ similitudine procedit, cum nullo altero veneno ob contagii sui violentiam, quicquam commune habens: ita nulla quoque dictarum rerum ejus nequitiam effugere possit, quin vel ipsa bezoartica & pretiosiora cordis spirituumque prophylactica, si quandoque invaluerit, in sui naturam vi contagionis convertat. Monetam quoque infici quotidiana docet experientia, dum eam contagionis suspectam, non nisi aceto prius quàm optimè lotam admittant: addo tamen, metallica corpora, uti ob soliditatem pororumque angustias non ita facile ab effluviis penetrantur, ita exigua quoque lotura abstergi posse: solum adamantem ob indomabilem durtiem & politissimam superficiem difficilè infici posse existimo.

5. Restat modò altera ratio discutienda: utrum bestię à pestifero cadaverum halitu infici, & pestem contrahere possint? Quod ut enodetur, sciendum est; aliud esse, contagionem ab extrinseco, aliud ab intrinseco acquirere: omnia siquidem animalia contagionem pilis corporis, aut in pennigero habitu reconditam aliò trans-
Animalia ferre, & hoc pacto ferali contagionis commercio ingentes strages
pestis capa- uti supra ostensum fuit, edere possunt: quod est extrinsecum conta-
cius. gium. Utrum verò intrinsecè pestem acquirere possint, jam dicendum. Certè Thucydides id apertè docet, historiâ de peste Atheniensis, his verbis; Aves & quadrupedes quæcunq; hominum carnes at-

tingun
bant,
rum n

Et

Ubi a
fuisse
anima
noxia
unde
ver pe
riam
subin
rande
verib
const
ex inf
dum
canu
infici
runt;
Quoc
rum f
latiti
tende
contu
tis ag
buera
ra no

tingunt, cum multa essent insepulta cadavera, vel ad ea non accedebant, vel si gustassent, moriebantur, quæ & asserit Lucret. lib. de rerum natura.

*Multaq; hami cum inhumata jacerent corpora supra
Corporibus; tamen aligerum genus atq; ferarum
Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem,
Aut ubi gustarat, langvebat morte propinqua.*

Et paulò post.

*Nec tamen omninò temerè illis sedibus ulla
Camparebat avis; nec tristia sæcla ferarum
Exibant sylvis; languebant pleraq; morbo
Et moriebantur.*

Ubi apertè docetur, animalia pestis Atheniensis virulentiam infecta fuisse: quomodo autem id contigerit, aperiamus. Habent omnia animalia hunc à Deo Opt. Max. sibi insitum instinctum, ut pabulum noxium sibi à salutifero naturali quadam sagacitate distinguant: unde ubi in herbam aliquam venenosa qualitate imbutam, aut cadaver peregrina putredine imbutum inciderint, illud tanquam contrarium naturæ suæ nutrimentum minimè attingunt: contingit tamen subinde, ut rabiosa fame stimulante, obvia quævis ad ventrem saburandum invadant: atque hoc pacto ne quidem virulentissimis cadaveribus parcant; quæ cum putredine polleant, naturæ animalium constitutioni prorsus contraria: hinc vix iis gustatis, langvescentibus ex infectione viribus paulatim concidunt exanimata; quemadmodum in Neapolitana peste contigisse audivimus magna cattorum canumque strage. Aves quoque peste & intrinseca & extrinseca infici posse historia nescio cujus in Italia urbis (varii enim varia referunt; quidquid sit, relata refero, fides sit penes Authorem) docet: Quodam enim tempore pueris in plateis ludentibus, unus ex corvorum supervolitantium agmine in forum incidens, magnam puerorum latitiam exceptus fuit, & cum cujusnam præda foret, inter se contenderent, unusquisque extracta pennam fatam, in domum suam se contulit: & ecce pueri protinus male habere variisque Symptomatis agitari occipiunt, atque unam omnes, qui curam infirmorum habuerant, contracto jam per contagium morbo; multiplicantur funera non in una tantum domo, sed & in omnibus, in quas pueri fatales corvi

*Quomodo
animalia
inficiantur.*

*Aves pestis capaces
Historia.*

corvi pennas intulerant. Itaque malum de die in diem tanta serpsit ferocia, ut uniuersa civitas paulatim inuasa, & inevitabili depopulationis exterminiiqve periculo exponeretur. In tanta itaque desolatione unicum antidotum fuit, ad Deam Deiparamqve refugium; quæ tot piorum hominum supplicationibus, corporumqve afflictationibus mota, misericordiæ sinum tandem aperuit pesteqve prolifigata pristina urbem prosperitati restituit. Hanc historiam multi Senis contigisse putant; Unde in hunc usque diem nomen manserit, la Madonna del corvo; Verum cum Senensium rerum Chronologi nihil de hoc dicant, qui tamen factum tam memorabile subticere non debebant, neq; ego fidem ei adhibendam existimem: Non ignoro tamen, simile quid in Asiam inoricontigisse, pestemq; per corvum introductam apud Zonaram me legisse, memini, cui & Nicetas ad stipulatur. Quomodo verò corvus pestem intulerit urbi, facile conjecturari poterit: haud enim dubiè ex virulento quodam pessimæ conditionis cadavere, ubicunqve tandem id fuerit, sumpserat; cuius pestifera contagione infectus, unâ & sibi mortem, & urbi memoratam calamitatem attulerit. Quidquid sit Aves infectionis capaces ex hisce argumentis constat, quod moris sit ut quotq; aut gallinæ aut columbæ in domibus infectis reperiuntur, mox occidantur, uti hic Romæ eo quo hoc scribo anno vidimus. Hinc itaque patet, sæpe commune esse pestem singulis animalibus & ab hominibus in bruta, viceqve versa à brutis in homines propagari: Canes enim cum primis suspectos fuisse in omnibus pestibus, primosqve adventantis luis sagittas expertos, ex illo Homeri colligunt commentatores: *Serrag canum primo: & Naso metam: l. 8. Vim primi sensere canes.* Et cur hoc? Causam refert Eustathius in odoratum; quod & Aliano forsitan placuit. Alii culpant pestilentes terræ halitus, quibus canes ob propinquitatem, & tentato narium sagacitate solo maxime sunt expositi. Thucydides rem acu tetigit, cui & subscribo; videlicet canes magis sensisse effectum, ob suum cum hominibus perpetuum contubernium convictumqve; infecto siquidem cibo pasti, dum pannis linteisq; incumbunt, effluvia in se contagiosa non possunt non derivare. Fatendum tamen est, bruta si à cadaveribus abstinerint, solo aëre, aut tactu rerum infici non posse, cum contrariam hominum constitutionem habeant. Solum itaq; hominem veluti Sympathico

Zon. Hist.
Ger Nic.

San canes
peste corvorum
grantiur.

quo

quodam naturaliqve consensu appetit pestis; Bruta verò per accidens tantum, in quantum nutrimentum quod sumpserint venenosum, ipsis contrarium est. Non verò per contagionem ipsis insitam; uti enim similia similibus gaudent, ita dissimilia dissimilibus non afficiuntur. Quod verò alii obijciunt, venenum pestilens unà cum vita desinere; falsissimum est, & contra omnem experientiam: remanet enim in cadavere, ubi vel maximè efferatur, dum putrilaginosus calor vices subit naturalis caloris, excitatqve perniciofa in ambiente *μίσματα*. Quod verò quidam existiment, venenum illud, quo privatim nonnulli intoxicantur, contagione post mortem non propagari: Verum est, si nonnulla venena spectemus; uti in venenoso serpentum morfu aut in mineralium venenorum sumptione: in nonnullis falsum est: Nam, ut in præcedentibus diximus, fuerunt nonnulli venefici, qui varia venerorum confectioe integras urbes depopularunt, de quibus vide superius tradita; quod quidem fieri nunquam potuisset; nisi venenis quibusdam contagiosa vis inesset. Verum hæc contagio nonnihil à contagio pestifero differt; siquidem in peste artificiosa soli illi seu infici videntur, qui ex unguento pestifero participarunt, non item alii: in peste verò naturali ipsa vis contagiosa, per effluvia sua propagata nulli parcens omnes æquo pede invadit; quam propriè pestem dicimus epidemicorum morborum matrem. Venenorum itaque artificialium misturâ intereunt quidem, at non nisi eâ intoxicati, aut unguento illito, aut aquarum infectarum haustu; Unde per contagium non propagatur, sed quotquot illo infecti fuerint, moriuntur, nulla fomitis propagatione, iis plerumqve, qui id non participarunt, immunibus; nisi tamen ex nimia corporum virulentorum putredine, non nihil pesti simile disseminet, aut in pestem apertam degeneret.

6. Utrum pestis visu, auditu, odore contrahi possit, rectè à Medicis quæri solet. Et de odore quidem nulla prorsus difficultas est, cum odor nihil aliud sit, quàm effluviū corpusculorum teterrimo fœtore imbutorum, qui tunc verè & propriè percipitur, cum effluviū virulentum nares opleverit; quod quidem effluviū, pestis necessariò, nisi aliud obstiterit, consequitur. De visu & auditu major difficultas est. Dico itaqve contagionem contrahi non posse visu, nisi per modum fascini: quemadmodum enim mulier

M

menses

Venenum non deficit cum vita hominis.

Utrum pestis visu, auditu ac contrahatur.

Mulier fascinato.

Visus con-
trahi pos-
sest pestis.

menes patiens, inficit speculum, & lippis oculorum radiantium virulentia & vitilaginea humorum colluvie polluti purulento halitu solo obvios inquinant; ita & pestiferum hominem solo oculorum fixo intuitu alium contaminare posse, nihil dubito. Cujus quidem ratio alia non assignatur, nisi quod subtiles quidam spiritus, qui è virulenta sanguinis massa exhalantes, uti in lippis fieri assolet, nervorum visu alium concitatione per hircos in vicinum objectum, vibrati, virus nativum vicino communicant; aut uti in leprosis exhalationes purulentæ & putrilaginosæ, sic in pestiferis spiritus excellenti putredine infecti, in diluito quoque aliquovisve spatio contagionis fabricam moliuntur.

Quomodo
per aures
pestis con-
trahi pos-
sit.

Utrum verò auditu pestis contrahi possit; Respondeo, dupliciter auditum hoc loco sumi posse; l. pro organo acustico, vel pro effectu dicti organo, in quantum videlicet sonorum faber est: quoad primum, dico contagionis capacem esse posse, non quoad secundum: quia si pestifer halitus aurium concavitationibus se altius insinuaret, certum est, non secus ac in aliis quibuscunque partibus suæ fundaret contagionis seminaria, non tamen quoad sonum, quia sonus nullius qualitatis sive noxiæ sive innoxie capax est, nisi forsan concitatus aer, quod sonora qualitatis vehiculum quoddam est, contagione infectus una usque ad objectum, cui sistitur, contaminationis labem promoveat; & hoc pacto non ratione soni, sed ratione aeris impulsu contaminatiqve non nullam infectionem conciliari posse non abnuo.

Distantia
loci quo-
mmodo pe-
stem con-
trahant.
Per literas
infectas.

Historia.

7. Quomodo verò contagio remotas regiones inficere possit, meritò quis dubitare posset. Respondeo multipliciter id fieri posse: cum enim uti in precedentibus dictum fuit, contagionis eluvies qualibet obvia apprehendat quam tenacissimè, fit nonnunquam, ut quis literas in infecto loco exaret, quæ literæ mox intimis fibris conceptam luem diutissimè, uti paulò post dicitur, foveant; Certum est, illas igne & aceto non prius vitè expurgatas in regiones etiam remotissimas labem asportare posse; quemadmodum Helmontius de quodam refert, qui litteras in infecta urbe exaratas, vix dum aperuit, cum ecce in digitis veluti puncturas quasdam acicularum sensit, manifestum ferocientis veneni jam jam insinuatū indicium: deinde totis tremere artibus, tandem aperto cum intromisso hoste bello conflagans, intra paucos dies extinctus, testamenti loco

concepta à se labis hæredem totam urbem cum magna mortalium strage constituit. Merces quoque varia infecta, & in alias regiones transportata, variam subinde quoque, uti in præcedentibus dictum fuit, funestæ mortalitatis catastrophæ exhibuerunt; & Roma experta est, quæ dum hæc scribo, varia in diversis urbis partibus Seminaria sensit, & cum origo serpentis contagionis strictius examinaretur, inventum fuit, mercatorem quendam acceptis Neapoli variis mercibus infectis, iis unâ omnes, qui eas coëmerant, infecisse.

*Per mercen aliunde ad-
Gelias.*

8. Contrahi quoque contagium potest ex Medicis & Chirurgis, qui in visitatione infectorum contractam labem contulerunt in eos febrientes, quorum pulsus explorarunt: Nam uti supra diximus, corpusculorum virulenta exspiratio vel a d primum infecti tactum manibus tenacissimè, in intimis pororum recessibus adhæret, quam & ad alterius non contagioso morbo laborantis tactum mox conferunt; unde fit, ut pestifera contagione aliùs se insinuante, tandem febrem ipsam in sui naturam convertat. Unde multi casus solvuntur, quorum alioqui ratio difficile reddatur. Contigit ante non paucos annos simile quid Valentia in clarissima Hispania urbe, in qua pestis nonnullas domos invaserat, omnibus reliquis, uti & totâ ferè civitate à peste libera: decubuerat jam dudum Religiosus è Societate nostra febribus continuò multò jam tempore æstuans, & post Medici visitationem peractam continuò febris in pestem degeneravit, unde & paulò post extinctus fuit; Mira res visa fuit & inconceptibilis: conclusum tandem fuit, Medicum latente contagione infectum, dum corpus ægri confidentius tractaret, putridos febris humores in pestem convertisse. Chirurghi quoque luem non pestifera contagione infecto conciliare possunt, si vel phlebotomiam ferro in pestiferorum aperiendis venis, aut sectione virulentorum ulcerum usurpato exercent. Quemadmodum enim Chalybs recipiendo veneno capacissimus est, & ex venenatis sagittis sat superq; patet; ita tenacissimum contagionis venenum dum aut sanguis educitur, aut ulcera pestifera secantur, phlebotomo tenacissimè adhæret; Unde mox aut sanguis, aut in ulceribus succulentus carnis humor contaminatur in apertum exitium; neque desunt hujus rei exempla. Refert Forestus, Chirurgum quendam instrumenta sua, quo tempore pestis ulcera secabantur, seorsim ad multos annos seposuisse; Unde

Per Medicos & Chirurgo.

Historia.

Phlebotomus infectus pestem conciliat.

Historia.

jam induciis cum peste per multum temporis constitutis, instrumenta sporadicis morbis sanandis vix corporibus infirmorum adhibuerat, cum ecce denuò malum, jam multo tempore sopitum veluti ex favillis resuscitatum, in novum idq̃ve horrendum incruduit pestis incendium, & ut cum Lucretio dicam:

Funeſtos reddidit agros,

Vaſtaviq̃, vias exhaustit civibus Urbem.

*Utrum
Ventorum
impulſu
peſtis pro-
pagari poſ-
ſit.*

9. Quæri quoque solet, utrum pestis ex loco infecto in alium non infectum ventorum impulsu deferri possit: Certè nulli dubium esse potest, quæ Thucydidis de peste Atheniensi historiam attentius legerit: Docet enim apertè pestem memoratam originem suam vel ex ipsa Æthiopia ventorum australium impetu Athenas delatam, tantam stragem mortalium egisse, quantum non sine horrore & intima mentis consternatione legimus. Innumera hujus rei exempla adducere hoc loco possem, sed cum res per se pateat, iis non immorabor: quanam verò ratione id contingat, nobis ostendendum incumbit.

Notandum itaque Regionem quandam contagione infectam ex contracta putredinis labe ob aëris continuationem aliam vicinam inficere posse, & hanc aliam & aliam, pro ratione ventorum nunc in hanc, nunc in illam virus aëreum impellentium: ut ex dicta peste Atheniensi patet, quæ cum in Æthiopia magna ferocia favisset, vicinam mox Ægyptum & Lybiam invasit, æqua truculentia omnia devastans & hinc tandem ex australibus regionibus in ultramarinam Græciam delata, inter cæteras urbes in Athenas tum magnitudine, tum populorum frequentia celeberrimas, primam impetus sui violentiam fecit: Quomodo verò ventus virulenta pestis seminaria non dissipet, aut impetu suo dissolvat, multis videtur inconceptibile. Dico itaque, cum virus aëreis poris insitum suam naturam tenacissimum sit, & partes partibus firmiter connectantur, sit ut putredinis vehiculo, quæ aër est, à ventis agitato, atque in anteriora semper propulso, etiam contagiosa vis una promoveatur, quæ obvia quævis carpens in sui similitudinem transformat, atque una peste inquinat: haud secus ac odorifera ventis delata magno nobis intervallo diffitis sensum movent. Memorant historiæ Indicæ, Maluccas Insulas Cinnamomi, caryophylli feraces, tantum de se odorem spargere, ut illum à ventis delatum navigantes ducentorum milliarium

*Quomodo
Venti pesti-
fera efflu-
via non dis-
pent.*

inter-

intervallo sentiant: Vultures quoque tantum odoratu valent, ut ad 300. milliaria cadaverum foetorem, si Plinio credimus, sentiant: Sic uti itaque qualitates odoriferae ventis agitatae in longinqua terrarum spacia sine dissipatione deferuntur; ita & pestiferae contagionis vis. Accedit, quod haec multo caeteris sit lentior, glutinosior, & aëri magis connexa, unde non facile dissipari potest.

Odores in longe distantibus locis sentiuntur per Ventos delati.

10. Potest & pestis quoque contrahi ex fructuum comestione, hoc pacto: Contingit nonnunquam in loco cadaveribus pestiferis non rite sepultis, ingentem exhalari putredinis virulentiam, quae aëri commissa, ventisque in obvias arbores etiam remotissimo spatio dissitas depulsa, fructus funesta proprietate sua imbuat, quos quicumque comederit is haud dabiè certissimum ultimi exitii morbum sibi accumulabit: Virulentum enim effluvium fructuum poros intimè ob subtilitatem tenacitatemque penetrabit, ac consequenter comestorem, eodem quo ipse pollet, morbo inficiet.

Ex fructuum comestione pestis.

11. Quæritur, quanto tempore pestis se conservare possit, in rebus infectis seu fomite? Dico multo longiori tempore eam conservari in rebus inanimatis, quam in rebus animatis. Ratio est, quia calor naturalis magno statim impetuse hosti advenæ opponit, donec his mutua velitatione collisis, aut externus calor vincat internum, aut hic illum: potest tamen subinde contagium remanere sine ulla illius, qui id portat, læsione & nocumento; cujus rationem supra fusè exposuimus, & longo tempore intra vestes absconditum conservari. Chordam, quae cadavera ligata in fossas dejiciebantur 25. annos pestem conservasse supra dictum fuit. Pelliceam veste in Veneta peste abscondita, & post septem annos repertâ, quotquot eam usi fuerant, peste correpti mortui sunt, teste Foresto. Certè si venenum à cane rabioso homini inditum, subinde per 1. 2. 3. 4. usque ad 40. annos intra fibras occultum sine affectu habitat: Et si lues venerea teste Fracastorio ad 20. annos intra corpus conservari potest, quantum longiori tempore pestis? quae animatâ foetura tametsi insensibili refertâ, uti non nisi humidi suctu vivit, ita longissimo annorum intervallo, uti supra dictum fuit, nisi illa ex aëris benignitate, aut contrariarum qualitatuum luctâ superata tandem extinguatur, conservatur. Cessat autem pestis vel cessante maligna influenza, vel deficiente pestifera terræ exhalatione, aut urbibus igne expurgatis,

Quanto tempore durare possit pestis foetura.

Quibus de causis pestis cesset.

fomite in mobilibus rebus, nisi igne, aceto, sulphure prius perpur-
gentur, restante: Unde alia quæstio movetur, num panni, verbi
gratia, infecti alios pannos non infectos inficere possint? Dico, quod
vel ad minimum motum, qui sit, per contactum inficiantur; calore
enim fœtura pestifera concitata se dilatat; dilatando, mox aliis se
sua diffusionem communicat; quod tamen de rebus mollioribus, non
item de duris dictum velim. Cur verò pestis cesset summo caloris
æstivi incremento, aut frigoris hyberni maximo augmento: Cau-
sa est, quod calor excellens & summè æstuans consumat humidum,
unde fœtura alitur; frigore verò summo illa penitus exanimetur;
haud secus ac omnia infecta, ut Muscæ, Cyniphes, similiaque hye-
me frigoris vehementia extinguuntur.

*Ad quan-
tum spa-
cium pestis
inficere
possit.*

12. Ad quantum verò spacium contagium in alterum effectum
suum sortiri possit, merito quæritur à Medicis. Ego quantum col-
ligere potui, non de omni peste similiter censendum putem; Sed
rationem & efficaciam venenosæ qualitatis attendendam exilli-
mem: Si enim halitus pestiferi effluvium efficax, & aër inquietus
fuerit, ventusque rectè in distitum feratur; dico 30. aut 40. palmo-
rum spacium remotum infici posse: vento siquidem vesta pestiferi
halitus contagione, facile etiam multò plus remotum inficere pote-
rit: Secus fiet, si aër quietus fuerit; Si verò virus pestiferum ineffi-
cax fuerit, pro gradibus remissionis, minus semper distitum inficiet;
hac tamen lege, ut semper aut 3. aut 6. pedum inter illa sit intervallum.
Facilius quoque inficiuntur, qui in altioribus locis habitant, ab his,
qui inferiori aliquo loco consistunt. V. G. infectus ex platea facilius
inficiet nonneminem per altiorem fenestram prospicientem, quam
contrario modo: Ratio est, quia vapor pestifer ob levitatem tena-
citatemque ex se & sua natura sursum fertur, non contra. Unde
colliges, eum qui immediatè suprâ cubiculam cujusdam infecti ha-
bitat, magno contagionis periculo exponi, quia cubiculi inquinati
vapor, dum sursum elevatur; proximum sibi obvium contaminabit.
Unde semper consultius foret, pestifera contagione infectos in al-
tiori domus contignatione collocare: hoc enim pacto auræ liberio-
ri commissus vapor, inferioris contignationis cubicula ab omni con-
tagione (nisi fomes in mobilibus rebus jam conceptus obftet) im-
munia reddet.

*Pestis ef-
fusivum fa-
cilius super-
riora,
quam infe-
riora loca
inficit.*

Quæri quoque hoc loco solet, cur de peste suspectis ut plurimum 40. dierum à communi hominum consortio in separato loco cominoratio præscribatur, quam vulgo quarantenam vocant. Respondeo, id ideo factum esse, quod omnium seculorum observatione notatum sit, venenum pestiferum circa horum dierum terminum tandem consumi & tabescendo destrui; siquidem vi elementari, venenato fermenti semine spoliatur: Nam rerum in aëre conceptarum semina, in aëre paulatim deficient, in quantum conclusa aëris cavitatibus tanquam uteris, ad ultimam corruptionis dispositionem, primamque aëreæ materiæ generationem retrocedunt. Sed forsitan non nemo me parum memorem asseret eorum, quæ de contagionis fomite 25. annis conservato, supra diximus: Siquidem ex historiis variis constat, ad plurimos annos funes, telas, lineas, lancas, pellicæas vestes, &c. contagii fomitem conservare posse. Quod ut enodetur, notandum, aliud esse contagium conservari in rebus liberiori aëri expositis; aliud in locis clausis, in quæ nulla purioris aëris mica pertingere potest. Hoc posito, Dico cum in 40. dierum separatione, suspecti ut plurimum liberrimo aëre fruuntur, pestisque (si quæ per fomitem contracta sit) abolendæ per frequentes indusiorum, vestiumque mutationes, diætamque ritè institutam, curam maximam habeant; certum est, virus pestiferum alicubi intra intimas pororum fibras absconditum, continuo liberioris puriorisque aëris afflatu vel exsiccari tandem, vel deserto veneno in aliud elementare mixtum degenerare; quod tamen non fit, si panni, telæ, vestes, stragula intra murorum concavitates condantur, aut intra alia receptacula qualiacunque tandem illa fuerint, concludantur; sic enim certum est, fomitem compluribus annis conservari posse; quia quemadmodum supra indigitavimus, cum effluvium illud pestiferum, seu animata foetura utpote intra abditissima loca unà cum pannis recondita sit, certum est, illam solutioris aëris adspiratione dissipari minimè posse, unde illam humido illo putrilaginei aëris Cryptæ inclusi vapore vivere necesse est; deficiente verò putrido illo aëris inclusi statu, funestam illam contagionis foeturam non patitur deficere; imò durare tam diu, quam diu aëre extrinseco non dispellitur, adeo certum est, quam certa est rerum magistra experientia; & exemplo docent, uti diximus, cista in Babylone à tribus militi-

Cur quarantena instituta.

Tollitur foetura ex rebus libero aëri expositis.

militibus spe thesauri reperiundi aperta; quæ post immemorabile tempus tantum fœtorem exspiravit, ut eo & milites infecti pestilentia labe, & unâ secum universa circumfita regna infecerint, cum innumerabilem hominum jactura.

Quæri denique inter alia solet, cur referente Alpino in Ægypto multo sævior & violentior sit pestis, si ex Lybicus oris inferatur ab illarum orarum incolis, quàm si ex Græcia, aut Syria, Asiave Minori transportetur. Respondeo hoc fieri ob putredinis differentesque virulentia gradus; Certum enim est, & experientia constat, pestem in frigidioribus regionibus multò mitiorem esse, cã quæ in calidæ & astuosæ regionis plaga exoritur. Hinc in Germania accedente brumali solstitio, ob intensum frigus pestis amplius subsistere non potest, sed vel ad primum nivium adventum mox destruitur. Contra fit in Italia, ubi & hyeme & æstate æqua datur pesti sæviendi potestas; frigus enim intensum fœturam pestiferam non in aère tantum stabulantem, sed in ipsis corporibus latitantem mox destruit, secus fit in calidioribus locis. Cur itaque Lybica pestis tantæ truculentia sit, in Ægyptum per ventos australes, quos Campsin vocant, delata? Cur quæ ex Græcia, Asia minore, Syria, mitior, causa est, quod Lybia deserta Sole perpetuo torrefacta, ex nocturno rore arenæ misto, innumerabilem certis temporibus vermium noxiorum serpentum draconumque copiam producat, fit ut virulento horum animalium halitu mox aër infectus, atque in vicinas habitabilis regionis oras translatus ibidem ingentem & summæ excellentiæ putredinem in humanis corporibus efficiat, ex qua tandem ex seminario quodam pestis illa virulenta, in corporibus bile refertis, enascitur. Siquidem nihil pesti venenorum truculentissimo producendo aptius esse potest, quàm fervidus sol, tum in solum aëremque jam præviis pestiferarum exhalationum dispositionibus adaptatû, tum in humanum corpus bili utriusque subjectum, & pravo ciborum victui suppositum dominans. Quæ omnia cessant in peste mitiori à cœlo genita. Sive itaque Ægyptia pestis ab aëris Lybici à subterraneis expirationibus ingenerati, sive à venenosorum serpentium halitu contaminati vitio, sive denique per fomitem ea jam hominû infectorum transportetur; Semper illa majoris virulentia censebitur, quàm illa, quæ ex frigidiori cœlo Ægyptum adflante traducitur. Lege si placet, quæ de hujusmodi non minus doctè quàm eleganter adfert Cardanus I, de Venenis.

SECTIO III.
THERAPEUTICA,
ET
PROPHYLACTICA,

sive

De cura & præservatione à pestis
contagione.

CAPUT I.

De difficultate curande pestis.

Tantum omni tempore difficilis visa fuit cura pestis, ut complures quoque ex nobilioribus Medicis ipsam, tanquam humano ingenio imperviam existimaverint, neque spem fore putaverint, ut verum, genuinum & appropriatum pestis remedium quandoque repeririatur; ipso testante Thucydide, qui dicit in peste Athenicani nullum prorsus inventum fuisse antidotum tanto malo vincendo aptum; quin potius ipsam omnia porrecta medicamenta in sui substantiam convertisse, observatum fuit; quod & in nonnullis aliis pestibus accidisse referunt Medicorum monumenta. Fuerunt, qui arbitrarentur, pestem uti venenum est sagittæ iræ Dei, hominibus ob peccatorum gravitatem, in pœnam immixtæ, ita nullum quoque remedium in universo naturæ penuario, quod in divinitus immixto morbo propulsando operetur, assignari posse putant. Pessimum sanè ratiocinium, quasi verò divina bonitas hominem omni naturali auxilio in malorum omnium atrocissimo destituisse videatur. Sunt hi prorsus similes Mahumetanis, qui fatali quadam necessitate pestem hominibus immitti putant, ac proinde neque fugiunt eam, neque correpti medicinam adhibent, sed temerè sese contrahendæ contagionis periculo exponunt, ea opinione freti, ut si fatale tempus urgeat, moriantur; sin minus, evadant: nullum siquidem naturæ anti-

Varia opinionones de remedio pestis.

Turca pestem fatali necessitate hominibus immitti putant.

N

tido-

tidotum fato prevalere posse putant, sed omnibus & singulis mortis terminum constitutum, qui nulla medicamentorum efficacia præteriri possit. Hæc est Opinio Turcarum; Cur verò in aliis morbis statuta alexipharmaca sumant, capere non possunt: cum tamen tam in sporadicis, quàm epidemicis morbis idem argumentum currat: feбри enim laborantem, si hora fatalis adfit, tam sine medicamentis, quàm cum medicamentis, quantumcunque, efficacibus, mori necesse foret. Doctrina sanè tantò periculosior, quantò he-

Deum non sine causa plantis summas virtutes invidit.

Nullum membrum sine planta ei analoga.

Nullum Venenum sine antidoto.

Contra pestem antidotum appropriatum non omnibus notum est.

terodoxis dogmatis impensius favet; Ad quid enim sapientissimum rerum Conditorum tantam salubrium herbarum, tanta virium præstantia præditarum varietatem, si in nullius usum cedant, procreasse existimabimus? Cum enim Deum Opt. Max. Universum, adeoque omnia, quæ in eo continentur in solius hominis gratiam condidisse credamus; homo verò innumeris, ob corruptibilis sarcinæ, quæ gravatur, pondus, morbis obnoxius sit; necessarium erat, & divinæ providentiæ profus congruum, illi ea quoque adminicula subministrare, quibus si quandoque ex sanitatis statu decidisset, sese in eundem restituere posset; Unde nullum morborum genus esse putes, cui non appropriata remedia parata esse voluerit: nullum in microcosmi œconomia membrum esse scias, cui non analogum quoddam in vegetabili Republica remedium respondeat dicti membri morbo profligando Saptum: nullum veneni genus est, cui non suum opposuerit antidotum: Et quoniam diversæ regiones diversis morbis naturali vi loci laborant, illis statim certum quoque, vegetabile produxit, istiusmodi morbis dispellendis proportionatum; ut proinde quandoque superfluum videri possit, innumera medicamenta ex India accersere, cum plerumque vel in domestico horto, quin & passim obvia, quibus morbo resistere valeas, medicamenta reperias. Cum itaque pestis morborum omnium atrocissimus sit, si nullum antidotum, quo curari posset, existeret, certe Divinam providentiam meritò accusantes excusaremur, quod hominem tanto malo oppressum omni auxilii naturalis spe destituere voluisse videatur. Sunt itaque varia in natura rerum pesti profligendæ aptissima antidota; Sed vel nesciuntur, vel si cognoscantur, non adhibentur. Quenam autem illa sint, in hac Sectione tam oportunè manifestabo, ubi prius de prophylaxi seu præservatione nonnulla præmiserò.

CAPUT II.

De cura prophylactica seu præservativa.

Duplex à Medicis cura præscribitur prophylactica; prima iis qui sano adhuc sunt corpore & valido, ne à contagione invadantur, atq; ab omni contagionis pollutione serventur immunes; altera iis, qui jam pestifero halitu facti ne malum ulterius in intimos Oeconomix recessus serpendo omnia cum ultima hominis ruina conficiat, usurpanda: Seu quod idem est, Præservativa duplicia sunt. Quædam ad futuram, alia ad præsentem pestem succidendam assumi debent: ubi dici vix potest, quantum inter se Medicorum turba discrepet; quantum alii in amuletis etiam superstitiosissimis spei ponant: sensatiores tamen ut plurimum bezoartica & cardiaca ad cor contra contagiosi draconis insidias animandum præscribere solent; quæ & ego approbo: nonnulli catalogos integros ingredientium ad prophylacticum majori forsean jactantia, quam scientia compositionem contextunt: Et quoniam probè agnosco, meum non esse, falcem in alienam messem injicere, aut professionem Medicam exercere: tantum tamen tum assidua meliorum Medicorum lectione, tum propria observatione, & acri investigatione memorandorum eventuum, nec non in botanica & anatomica, naturaliumque arcanorum notitia, quibus à puero additus fui, profecisse me puto, ut non nihil quoque de propositi instituti argumento tradere à scopo meo minimè alienum esse existimem.

Exordior itaq; & in primis apertè assevero; tam diu apta pesti antidota sive prophylactica sive therapeutica præscribi non posse, quam diu pestis quidditas & essentia lateat; latet autem illa, & nisi ab eo, quem Deus Opt. Max. singulari luminis sui radio perfuderit, difficulter attingitur, ut proinde non mirer, tantam de natura & proprietate pestis inter plerosque velitationem & inconstantem variumque de ea animi conceptum esse. Prodiere tamen hoc seculo nonnulli Medici, excelsò ingenio, nec non vario rerum usu & experientia instructi, qui rejecta omni inferioris subsellii Authorum farragine, pestis naturam & proprietatem tandem olfacientes, ea constituerunt tum prophylactica tum therapeutica, quæ suum cum admiratione omnium effectum intra breve tempus sortita, non exiguam sibi de in-

*Duplicia
præservati
væ.*

*Auctoris in
Medicis e-
solvendis
rudum.*

*Pestis anti-
dorum non
datur non
prius cogita
ta natura
& essentia
pestis.*

genio & solertia qua pollent, in rebus adeò arduis penetrandis existimationem pepererunt, de quibus in sequentibus. His præmissis.

Suppono, pestem veneni quoddam genus esse à cæteris omnibus venenis distinctum, quod uti contagio comite ad instar velocissimi incendii ingentem mortalium stragem agit, urbes viduatæ incolis & regna populis consumptis in solitudinem convertit; ita non facile ad proprietatem ejus penetrandam accessus datur. Siquidem modo sub febris specie sævit, mox peripneumoniæ veste se condit; deinde numiali se insinuans fermento horrenda paroxysmorum portenta exhibet; postea capitis arcem invadens, simiam agit omnium eorum Symptomatum, quæ in capitis doloribus excogitari possunt; Morpheum diceres morbificum, adeò ut vix pestis labem præsentem suspiceris, donec prostrato Archeo, rerumque in vitalium Spirituum officina potiente Antagonista, serò nimis ejus exitiale machinamentum cognoscas. Si quis itaque pestis intimam naturam probè non cognovit certum est, ejus antidotum specificum & appropriatum dare minimè posse. Siquidem venenosa qualitas pro varia subjecti constitutione, variaque humorum combinatione varia est; ideòque sagax & peritus Medicus non theorico duntaxat ratiocinio, sed vario experimentorum apparatu instructus, individuales complexionum differentias potissimum perspectas habere debet, ut Medicinam singulis congruam applicare possit; uti rectè contra Empyricos Medicalistros concludit Galenus, Medicinam frustraneam fore, si omnibus & singulis, idem uti dici solet, applicaretur catapotium. Quapropter anteqvam ulterius progrediamur, visum fuit hoc loco de venenorum natura nonnihil differere, ut inde vera pestis essentia & quidditatis pateat, eique adeò consentanea antidotæ applicari possint.

CAP.

De
P
esse, in
fiores
pestitum
tem n
juxta c
ceeli af
litium
nigna
ita & m
tredinu
curfus
comple
partes
mentar
ra quad
summa
quanto
tem in
vertamu
tandem
quidem
depend
sequunt
sentia se
cificæ, v
propriu
fuerint,

CAPUT III.

De venenorum natura & proprietate, & quod pestis peregrini quaedam veneni species sit.

Porro, ut hoc loco exoticas & monstrosas pestis causas paulò profundius eruamus; id cum primis, quod haud infrequentè supra inculcavimus, observandum est: pestem videlicet fordidam & contagiosam putredine præditi veneni genus quoddam esse, in varias species easque tanto differentiores, quanto prodigiosiores effectus prodit, divisum. Ac proinde indubiè asseveramus, pestium differentium species ad climatam regionumque diversitatem multiplicari. Quemadmodum enim provida rerum Natura juxta diversam, tum soli terrestris constitutionem differentemque cæli astrorumque positionem, tum juxta abditas subterrestrium habitum unicuique regioni ferè peculiare transpirationes, alia & alia benigna naturæ munera tum invegetabili tum sensitiva natura producit; ita & morbosas aëris constitutiones venenorumque ex tot tantisque putredinum differentiis naturæ geneses, apposuisse videtur, ut mundi cursus absolutissima quaedam ex consonis dissonisque harmonia compleretur: adeoque quod in febribus fieri solet, sanioris orbis partes contracta putredine pestis, pestem, veluti expurgata jam elementarium mistionum, qua gravabantur lue, in corrupta sanitas, mira quaedam vicissitudinis alternatione consequeretur. Et tametsi sit summa pestium differentia, in hoc tamen uno omnes conspirant, ut quantocyus correptos enecent, conceptumque latentis veneni fomitem in alios aliosque propagent. Hisce præmissis ut ad venena revertamur: Notes velim, quòd omne venenum quaecumque tandem illud sit, duplici qualitatibus dote a natura instructum sit, una quidem quæ à temperamentis ex quo venenosa substantia dependet; quæ quidem qualitates elementares primæ & hæc has consequuntur, secundæ aut tertiæ dicuntur. Altera verò immediate ab essentia seu forma subjecti seu compositi emanat, & tales qualitates specificæ, vulgò occultæ, tametsi perperam vocantur. Primarum qualitatum proprium est, humores sibi consimiles mox ac intra corpus susceptæ fuerint, vel movere, alterare, rarefacere, condensare, vel asymbola

Diversitas morborum epidemiarum ex differentiis causis fit.

Quibus qualitatibus operentur venena

affectione vitare, corrumpere. Specificæ verò qualitatis proprium est, per abditas semitas, antipathica quædam machinatione, principalium membrorum vitæ motusque officinas invadere, apertum humeribus bellum indicere, horrendisque symptomatum fragibus universam Microcosmi Oeconomiam convellere, convulsam exterminare. Atque hisce omnis pestium differentium truculentia veluti

Historia pestis.

duobus versata cardinibus, agit quod agit. Inter quas primum locum occupat pestis illa, quam à tumoribus vel in ingvine, vel sub axillis, vel circa aures protuberantibus buboniam appellant, triplici inguinaria, axillaria & parotica nomine insignita: cæteris uti communior, ita notior. Hanc sequitur illa bubonibus quidem experta, quæ tamen nunc carbunculis, anthracibusve, modo maculis nigris, lividis, rubris, subvirescentibus, jam vibicibus plagisque corpus humanum conscribendo mirum in modum favit pessima omnium illa, quæ omnibus & singulis notis signisque in conspectum prodit.

Cætera pestis species.

Sequuntur has pestes nonnullæ, uti reconditoris proprietatis, ita rariiores quoque; harum quædam putrefactivo suo veneno uti supra quoque cap. 9. retulimus correptos mox in rabum dissolvunt; alia sudorifica seu hydrotica quædam virtute, totam humorum massam in sudorem resolvunt, uti Anglicus ille sudor, quo intra diei naturalis spacium ea peste correpti enecabantur; fuerunt & alia stupefactiva quædam vi pollentes, quæ correptos veluti sideratione quædam percussos omni mox motu privarent. Refert Cardanus sub Imperatore Justiniano in Asia pestem quædam invaluisse ea proprietate incubitam, ut quos corripisset, si nullum aliud antidotum expetere viderentur, quàm verberibus ad sanguinem usque inflictis, rigore nate

Mira pestis proprietates.

ræ oppido contrario, cruciari continuo, torquerique; causam huius fuisse existimo insolens & exoticum quoddam veneni genus, quæcum ingentes per cutem corporis superficiem pruritus, ex adultis huiusmodi Læsis intervelcentia, Spirituumque æstuantium vellicatione in humeribus intercutaneis causatos, excitaret; neque ullum contra pruriginosam virulentiam remedium superesset, præter hoc unicum, ut videlicet, postquam corpus propriis unguibus dilaniassent, insuper & verbera ab aliis, acutissimis flagris inflicta succederent; ut hoc prædicto doloris vehementiam intolerabilis pruriginis impetus mitesceret. Fuit & alia ab Authoribus supra citatis notata pestis, quæ corpus

caustica quaedam facultate ad ipsa usque ossa eroderet exederetque; Alia quæ hominis ridendo mori compelleret. Sed hæc ex multis supra quoque relatis pauca sufficiant; restat modò ut portentosorum hujusmodi effectuum causas amplius explicemus; quod quidem non adeò difficile futurum spero, ubi abditam prius nonnullorum venenorum naturam penitiùs expenderit.

Suppono itaque primo uti supra, elementorum substantiam, sub certo maleficorum astrorum situ, spuria quaedam & peregrina facultate imbui, quæ primò aëri, deinde aqveo elemento communicetur; & hoc tandem nothâ fœtum miscellâ terrestribus portionibus varia mistione coalitis eam inferere. Quæ deinde peregrina facultas, vel mineralibus deleteriæ qualitatibus succis, vel stirpibus syngenia qualitate præditis concredita, mox ac putredinem conceperint, vel insectum quoddam vel virulentum angvem excludat; ea, quæ ipsum mixtum pollet, qualitate instructum. V. G. si putrilaginosum primigenium mixtum stupefactiva facultate imbutum fuerit; pro remissione aut intensione virtutis, jam plantam, cujusmodi Opium, Mandragora, Hyoscyamus, solanum, stramonium & similes hinc herbæ sunt, narcotica & stupefactiva quaedam vi, quæ cerebri conceptacula oppilentur, eaq; cervicis pars quam nucham vocant, convellatur, pollentem producet. Vel certe animal quoddam reptile, cujusmodi Aspis, Aflus, cerastes esse feruntur, quorum virulentissimus non morsus duntaxat, sed & vel halitus solus hominem veluti attonitum, omni motus facultate privat. Quod si mixti virulenta substantia fuerit vel corrosiva vel putrefactiva, aut humorum resolutiva, tunc planta emerget ejusdem virtutis, cujusmodi sunt nappellus, aconitum, cicuta &c: vel insectum quoddam, aut angvem eadem vi pollentem excludet. Idem de omnibus aliis exoticis virtutibus præditis sive plantis, sive serpentibus judicium esto. Quod enim Apium, quem Sardonicum risum vocant, facit in homine, idem Cenchris virulenti serpentis morsus in eodem præstat, id est, ferali risu mori compellit. Et quod stupefactiva vis in hyosciamo, solano, stramonio, hoc idem Aspidis morsus vel siderativus afflatus facit in homine. Adedòque quæcunqve venena similes effectus præstant, sive ea ex vegetante sive sentiente natura emanaverint, illa omnia eandem originis suæ causam habere censenda sunt.

Prima pestis fundamenta.

Omnis putredo, vel Vegetatio, aut insectum vel reptile excludit.

Risus Sardonicus.

Pestis eandem originem habet eum Generationis plantis & reptilibus. Ea quæ ex putri nascuntur ferè omnia venenata sunt.

Sanam artem causas pestium investigare possimus.

Pestis in Ægypto marcorica. Si pollens est causa ejus.

Ex quibus luculenter patet, omnia illa sive vegetantia sive sentientia, quæ ex putri malignæ & deleteria facultatis mixto sponte nascuntur, uti sunt omnia insecta & reptilia, exceptis tamen iis, quæ in caseo, lacte, aceto similibusque in noxiis vermibus innoxiaque putredine nascuntur, virulenta malignitate scaterere. Ex plantis eas quoque, quas natura ad malorum evitamentum ut plurimum in locis desertis putredine & fœtore refertis, in quæ vel morticina aut cadavera conjici solent, consultò abdidit, venenatas esse; manifestò sane argumento, venena quæcumque tandem illa fuerint, non nisi ex virulento mixtorum terrestrium contemperamento sub tali & tali putredinis combinatione coalito, tam in stirpibus quam animantibus oriri. Ut proinde qui hæc paucis insinuata potius, quam explicata, sagaciori mentis oculo introspexerit, ille sibi certò persuasum habeat, nullum tam exoticum veneni genus esse, cujus causas & rationes non sit assignaturus. Sed ad pestium differentium generis revertamur.

Dico itaque, ex analogia quadam generis venenorum, nos ad causam veneni in corpore humano sive intrinsecus sive extrinsecus geniti pervenire posse, tot tamque exoticorum Symptomatum genitoris. Si quidem contingit nonnunquam, ut putredo virulenta & stupefactiva quadam virtute prædita primùm e terrestrium mixtorum quisquillis, variisque sordidarum rerum illuvie nata, quæ dum lethifero mineralium Spirituum fœtu turgent, vel in angves animata, vel in stirpes derivata memoratas res eadem qua ipsa pollet virtute imbuat; In homine verò sive hujusmodi herbis per incuriam sumptis, sive maligni acris angviumque virulento afflatu vitiatu haustu, mox intra corpus putredinem similem ei à qua profluxit generet. Quoniam verò putredo summè contagiosa, verminosa sua fœtura omnia inficit; tum enim verò inde nascetur pestis illa sive erosiva, sive putrefactiva, sive denique stupefactiva vi pollens, qua homines veluti siderati stupefiunt, tetanoque perculsi tandem repentina propagatione ad alios traducta, conficiantur. Similem pestem in Ægypto subindè vigere Prosper Alpinus narrat, cujus quidem aliam causam non esse putat, quam malignæ post Nili incrementum putredinis reliquias; quæ solis æstu percussa, Aspides innumeras excludat, è quorum virulento sive vivarum, sive putrefactarum halitu aer infectus & ab hominibus haustus, eam quam descripsimus pestem disseminet; cui & in hoc

unicè

unicè subscribo. Vide quæ supra Sect. 1. c. 9. de peste Neapolitana vulgò malè in canna, hæc non incongrua recitavimus. Pari pacto Anglicus sudor putredine quædam pollebat ejus facultatis, quæ tota humorum massâ in sudorem resoluta, copioso contagiosoquæ sudoris profluvio homines brevi expediret, quæ & Hydrium, quæ & Chelydrium vocant certum serpentis genus instructum esse refert Plinius, & Aldrovandus; pestis verò illa, quæ a pertis totius sanguinæ massæ cataractis, incessabili cruoris profluvio homines, teste Cardano, conficiebat, eadem id virtute præstitisse censei debet, quæ Hæmanthes herba, vel Hæmorrhoidis serpens, quorum illa incautè sumta, hic inflicto morsu vulnere hominem irremediabili sanguinis cataclysmo enecat. Quæ & ex annalibus Americanis Provinciæ novi regni Soc. nostræ scitè comprobantur. Ferunt enim in Qvitenfi provincia cælo sereno nonnunquam in ipso aëre vermes quosdam excludi, qui in terram lapsi in angues vertuntur bicaudatos, ea qualitate imbutos, ut quemcunquæ momorderint, eum statim resolutis sanguinis ostiis, non tantum ex omnibus naturæ orificiis, sed & per ipsos poros cruorem profundere usquæ ad ultimum hominis exitum cogant, nullo adhuc contra tam immane malum invento remedio.

*Sudoris
Anglicæ
causa.
Pestis resolu-
tura san-
guinis.*

*Mira an-
gustum na-
tura.*

Hæc coronidis loco addendum censui exemplum ad propositum nobis argumentum stabilendum mirè opportunum. Ab annis circiter triginta uti ex relatione fide dignorum percepi, Puella quædam Duacensis, cum insolito quodam & prorsus exotico tumore, qui tergori ejus insederat, aggravata diu multumquæ ingenti doloris sensu conflictata fuisset; ac nil proficientibus medicamentis demum in tantam atrophiam incidisset, ut vix ossibus amplius hæeret; ecce mirum dictu tumor dorsualis sætu jam dudum animato gravidus mox ceu ex ovo quodam ruptâ testâ, virulentum bufonem omnibus presentibus rei novitate attonitis, exclusit. Hoc verò editum exitialis partus monstrum non ita multo post tempore funesta recompensatione mortem intulit ei, quæ eidem alimenta subministrando vitam dederat. Historiam non eleganti minus quàm arguto decasticho descripsit eximius Soc. nostræ philologus P. Hieronymus Petruccijs, quod subjungo.

Duacensis intra dorsum Puellæ genitus Bufo.

Lecca fuit Virgo: genuit sub tergore Ranam;

Ranarum genitrix Lecca, lacuna fuit.

Enecat exsuctam tumefacta Rubeta parentem;

Nata ferox, matri parcere debueras.

Sic Matrem perimit Nero; non è Virgine nata hæc:

Nata tuo, Nero, de corde Rubeta fuit.

Agrippina suum scelus est confessa; Neronem

Quæ peperit Mater, debuit illa mori.

Nullum impune malum patitur. Lex certa. Rubetam

Quæ peperit Virgo, digna perire fuit.

Sed ut ad institutum revertamur. Quæritur, unde nam hic Bufo? aut ex quibus suis intra humanam carnem natales fortitus sit? dices forsitan ea ratione, qua intra stomachum nonnullorum serpentes ranasque ex aqua eorundem animalium foetura infecto potu enatas Schenckius enarrat. Certè hoc uti facile concipi potest, ita abstrusioris causæ scrutinio non indiget. Sed alterum torquet, quomodo intra intercutaneum videlicet dorsi recessum rubeta nasci potuerit; quod modò paucis explicandum duxi.

Indusium puella forsitan à sordibus jam elutum extersumque in herbescentem hamum insolationis causa, more lotricibus solito, extenderat, sive verò gramen substratum ex virulento bufonis cujusdam incubitu halituque, aut spermatico humore, sive ejusdem supra indusium irrepentis emissâ foetura infectum fuerit, perinde est, certè utroque modo interula veneno bufonio imbui contaminarique potuit. Quod deinde corpori appositum indusium, uti virulento rubetæ toxico spermatica vi pollente infectum erat, ita sese per poros calore apertos concepta foetura altius insinuante, successu temporis tandem intra cutim veluti jacto semine in proximè dispositam materiem, ejusdem speciei cum bufone, è cujus emanarat feminario, animal exortum est. Atque hanc ego nati intra dorsum puellæ Bufonis causam, salvo aliorum judicio, existimem?

Verùm de venenorum omnium generi morborumque differentiis inde resultantibus, ex professo, Deo dante, & quam uberrime in mundo

mundo subterraneo tractabimus. Quare ex hisce ita deductis, luce meridianâ clarius patet, omnes profus morbos, vel ex priorum humorum corruptela, vel ex diversi nutrimenti latente quadam & variè combinata putredine contaminati assumptione oriri; Quæ quidem si contagionis fuerit expers, pro diversa peccantis humoris constitutione, sporadicos omnis generis morbos generabit; Si verò ex loci peculiari proprietate provenerit, Endemios; Si denique summè contagiosa fuerit, tum ecce pro diverso putredinis statu, diversos quoque epidemios morbos, quas pestes appellamus, causabit. Jam verò superest, ut num contra tantam malignantis naturæ inclementiam antidotum appropriatum assignari queat, & quodnam illud sit, aperiamus,

CAPUT IV.

Galenus curande pestis methodus breviter descripta.

Magnæ in re medica considerationis esse temperamenti cuiusvis propriæ exactam notitiam, nemo nescit, quæ deficiente, omnis merito Medicorum labor & industria in irritum cadit; Hinc Galenus sublimis ingenii vir summa sanè ratione & iudicio hominibus tempore pestis, si quod ejus jam vestigium appareat, sanguinis per phlebotomiam emissionem subveniendum censuit, præmissa tamen corporis à superflua humorum perniciosorum, quibus ad pestem contrahendam nihil magis oportunitate potest, evacuatione. Si itaque corpora dicta humorum superfluitate graventur, illa appropriatis catharticis purganda; sanguis, non è venis tantum, sed & intercutaneus per cucurbitulas, quin & per venas, quas hæmorrhoidales vocant, hirudinum tractu, suctuque eliciendus. Hoc tamen te notare velim, corpori jam pestifera lue infecto, sanguinisque dominante truculento hospite, tantum abesse, ut phlebotomia quicquam ad sanitatem conducatur, ut potius ex perturbatione sanguinis tantocuius, utpote tota sanguinis massa per luem adventitiam vitata, mortem acceleret. De statu itaque hominis, quo pestis necdum maturuit, sed nonnulla tantum sui vestigia demonstrat, hæc dicta ve-

*Purgatio,
Sanguinis
emissio.*

*Infectio
jam peste
phlebotomia
noxia.*

Cauterionum utilitas.

ſta velim, quod & de corporis evacuatione intelligat Lector. Cauteria præpotens eſſe ad vitandam peſtem remedium omnes ferè ſaſtentur Galeni ſectatores; ita quidem, ut quod Mercurialis de peſte Veneta, id ego de Romana, quantum ex Medicorum fide dignorum relatione mihi innotuit, aſſeverare queam; nullum hujusmodi naturæ ſignatum ſpiraculis, peſte in vaſum fuiſſe, niſi forſan nonnullos diſſolutioris vitæ, Epicuri de grege Porcos. Quosdam tamen in vaſos continuis inguinum, femorum, brachiorumq; friccionibus adhibitis, inſidiantis veneni impetum, per cauteria tandem eduxiſſe. Novi Medicum, dum Noſodochio in peſtiferorum curam deputaretur, quinque ſibi prius canteriis inuſtis, aliſq; præſervativis inſtructum, junctâ imperterriti pectoris magnanimitate, inter medios morientium cœtus, integrum incolumemq; ſemper conſtituiſſe. Sunt & Medici, qui peſte jam infectis ultimum remedium exiſtiment, Cantharidum applicationem, compluresq; hoc medio, potentiſq; medicamenti efficacia, veneni peſtiferi vi à cordis arca avulſâ, priſtinæ ſanitati reſtitutos; quod non improbo. Sed ad Cathartica remedia revertor. Corpori itaque evacuando oportunam nonnulli Galenici Tripheram Perſicam putant, alii Pilulas Abenſinæ. Quidam Ruſi pilulas ex myrrha & Aloe compoſitas, quorum utrumq; & putredini reſiſtere, & vitioſos humores attraſtos, per ſeceſſum evolvere novimus: ſemper tamen reſpectu ad temperamentum habito: calidioris enim conſtitutionis temperamentis dari non expedit, ſed humidioris duntaxat, uti ſæminis, pueris, idq; tempore hyberno, aliſq; inter æſtatem hiememq; intermediis temporum ſtationibus.

Prophylactica.

His ſuccenturiantur à melioris notæ Galenicis prophylactica maximè proficua; conſervæ ex radice, quam Scorzoneram vocant, aut ex oxali, pimpinella, Angelica, ſaccarove conditis roſis unâ cum bolo Armena; Aqua Theriacalis, conſectio hyacinthi, & ſimilia innumera. Galenus magnam vim Scordio contra peſtiferam luem tribuit, ſiquidem drachmæ pondere prius in pollinem redactum, & vino, juri, decoctove ejusdem miſtum, putredini ſi quid aliud, reſiſtere hiſtoria quædam confirmat; qua quotquot ex cadaveribus hominum in prælio occumbentium herbæ hujusmodi incubuiſſe reperta ſue rant, ab omni putredinis violentia immunia fuiſſe refert. Hiſce

Scordium peſti contrarium.

accen-

accenset Theophrastus Spiritum vitrioli unâ cum aqua ex oxali seu acetosa extracta, sudandi gratia assumptum; sunt enim tria in vitriolo consideratione dignissima, quibus virulentus hospes omnino prosternitur, extinguiturque. Siccitate sua naturæ peregrina putredo exeditur; astringendi verò vi laxatarum partium colligatio roburque ad externam vim propulsandam conceditur, tandem vi caloris nativi, externus adveniens calor profus superatur.

Singulare à nonnullis habetur remedium semen Hederæ in pulverem redactum, & unius drachmæ dosi cum appropriatis aquis cardui benedicti, aut pimpinellæ assumptum, quibus alii jungunt allium non ab Hippocrate tantum & Galeno, sed & omnibus modernis medicis, veluti pesti propulsandæ opportunissimum remedium omnilaudè celebratum; nec immeritò, quantum enim venenum persequatur, vel ad primum ejus odorem venenatorum animalium fugat superque testatur. Unde haud incongruè eam ob causam Rusticorum Theriaca nuncupata est. Addimus hisce Colophonis loco granorum Juniperi extractum veram Borealium regionum Theriacam; Sic autem fit; accipiunt ex quam optimè maturis Juniperi granis octo vel decem libras, quas in vino potenti & generoso 12. horarum intervallo macerant; excepta ad ebullitionem coquunt, deinde in pulverem redacta per setacetum cribrant, hoc peracto quotidie ex iis 2. aut 3. drachmas in vino assument, insigni sanè (uti experientia docuit) in suspectis temporibus emolumento.

Notandum hoc loco duplicem à Galeno pestem statui, internam unam, alteram externam, illa intra corpora grassatur, hæc foris negotiatur, clam enim prorumpens, sub cute pustulas, furunculos, apostemata, carbones, bubonesque pestiferos generat. Utriusque cura quomodo auspicanda sit juxta Galenicorum placita, paucis aperio. Pestis interna cura in duobus potissimum consistit, primò ut concepta veneno frænum Bezoarticorum antidotorum efficacia injiciatur, quibus virus & cohibetur, & foras dispellitur. Secundo Symptomata, quæ sunt deliquia, ardor, angina, laterum punctiones, dispncæna seu anhelitus difficultas, deliria, vomitus & ventris solutio, compesci debent singula appropriatis remediis, quæ scitè in suo Bezoarticorum Ternario descripta, & à nobili medico Angelo Sala præscripta Lector consulat.

*Spiritus Vi
triosi.*

*Allium pes
ti resistit.*

*Juniperi
extractum*

*Pestis du-
plex inter-
na & ex-
terna.*

Porro in peste externa apostematum extrinsecorum productrice duæ curationis species occurrunt, una physica interna concernit viscera, & cordis officinam ab imminente veneno defendit, illudq; à centro ad circumferentiam, vel quorsum natura voluerit, expellit. Altera Chirurgica, quæ in externis ulcerum supramemorum, exanthematis curandis occupatur, ut venenum à topicis attractum remediis à regressu intercipiatur, pars affecta ab humorum confluxu præservetur, materia cruda adhuc & contumax ad maturitatem reducatur, matura verò aperiatur, peccantis materiæ suppuratio promoveatur, digestaq; tandem mundetur consolideturq; & sic tandem omnia ad perfectam sanationem Chirurgica manu perducatur.

*Quomodo
Chirurgica
ope exter-
na pestis
curanda.*

E quibus patet curationem Chirurgicam pro variis externorum affectuum differentiis variandam esse; quorum 3. potissimum in infectis sese sistunt, primò glandulæ inter cutem & carnem mobiles. Secundo tumores majusculi duri renitentes absque suppuratione. Tertio apostemata fordida, excrementitia quadam, maligna, virulentaq;ve materiâ tumida, quæ anthraces, carbones bubonesq;ve pestiferi passim vocantur. Pro primi generis glandulis & tumoribus, emplastris utendum, quæ duritiem difficulter suppurabilem ad mollitiem maturitatemq;ve sectioni aptam disponant. In Anthracibus & carbunculis, bubonibusq;ve iis emplastris subveniendum, quæ excessivum partis affectæ calorem & dolorem mitigent, scarificatio circum circa ad suppurationem promovendam adhibenda est; Quanam verò industria, aut ex quibus ingredientibus dicta emplastra conficienda sint, ut meam excedit professionem, ita iis diutius describendis supervacaneum esse ratus sum; qui verò horum arcanorum desiderio tenentur, hi memoratum à nobis Angelum Salam eximium Medicum, qui in tractatu, qui Ternarius Bezoardicorum dicitur; si quis alius, scitè sanè & peritè ea descripsit, consulant.

*Quomodo
curanda a-
postemata
pestifera.*

CAP.

CAPUT V.

De prophylacticis nonnullis confortantibus.

Prophylactica sive præservativa ea dicuntur medicamenta, quæ hominem contra morborum insultus muniant & defendunt; quorum munus est, cor vitale spirituum regnum contra omnes malignantium humorum technas corroborare, eidem novas semper & novas spirituum copias subministrare; hoc enim suo in regno generosè persistente, inimica potestas tanto munimum apparatu repulsa, mox statione cedit sua, palmasque generoso Archæo concedet: ubi tamen notes velim, in homine solidæ & validæ constitutionis prophylactica nullum locum habere, cum non habeat, contra quod nitatur inimicum agmen; imò talibus subinde adeò nociva esse, ut qui prius quàm optimè valebat, is per continuatum prophylacticorum usum naturalis constitutionis temperiem faciliè pervertat; iis verò, qui humorum pravorum colluvie exuberant, jamque prodromas pestis immaturæ copias sentiunt, prophylacticorum subsidium omnino necessarium putem, ut cor contra tot insidias corroboratum, & iis resistere, & eas penitus exterminare possit. Sunt porro prophylactica adhibenda in duplicem usum, quorum prior spectat privatum, alter publicum bonum. Finis prophylacticorum in privato homine est, conservatio individui à pestis contagione: finis in publico est expurgatio aëris pestiferi, ex quo veluti ex seminario quodam malorum omnium, germina repullulant, de quibus omnibus ordine nonnihil dicendum.

Non ignoro varia à Medicis præscribi præservationis contra pestem munimina in comparabilem Galenum secuti, quæ plerumque in tribus consistunt: primò in moderata diætâ; Secundò in variarum plantarum aromatumque ἀντιλημάτων compositione. Tertio in variis pentaculis & amuletis, quæ brachiis, pectoris aut cordis regioni applicare contra pestem solent. Moderatam diætâ plurimum ad pestem vitandam Galeno teste conferre, nullus est, qui dubitare possit, cum nemo ferè ex melioribus Medicis sit, qui eam non approbet, tanquam necessariam non solum ad vitandam pestem, sed

*Quibus
prophyla-
ctica con-
ducant.*

*Prophyla-
ctica publi-
ca & pri-
vata.*

*Galenus de
ratione &
finis.*

& ad

*Cura pestis
ordinaria.*

& ad omnis generis morbos eliminandos: Corpus enim per intemperantiam plethorâ turgens, dici vix potest, quàm aptum se dispositumque subjectum ad pestem contrahendam exhibeat; quemadmodum enim fomes ignem ex scintillis è silice excussis mox concipit, ita tempore pestis corpus malignis humoribus refertum; Unde unanimi Medicorum consensu, corpora, uti supra in Galenica doctrina ostendimus, appropriatis purganda cathartici & diaphoretici; cauteria inurenda, ut malitiosus vapor veluti per caminos quosdam & spiracula eductus à vitalibus membris imminentis virulentie periculo circumdatis divertatur: Munditie tum corporis propriæ, tum cubicali cura summa habenda, & hisce similia, de quibus Medici integra contexuerunt volumina; ut proinde superfluum judicem, iis diutius immorari.

*Cardiaca
subinde
profunt,
subinde nocent.*

Secundò sunt variæ prophylacticorum compositiones, quibus cum plena sint omnium eorum, qui de peste scripserunt, monumenta, rem actam agam, si me in rem adeò tritam immisero. Verum compositiones, quando non summo iudicio & artis Medicæ peritiæ sunt, nonnunquam plus nocenti, quàm adjumenti contulisse experientia docuit. Sed objicis, Cardiaca pleraque sunt & bezoartica, ergo non possunt non summum habere vigorem ad cor contrainimicas potestates corroborandum. Fateor, ita esse, si juxta naturalem subjecti constitutionem & temperiem accommodata præbeantur: sed ut omnibus promiscuè exhibeantur, nullo, certè ad illius utentium temperamentum habito respectu, sicuti inutilem ita etiam periculosam existimem; cum quod uni prodesse potest, id alteri oblit, & contra.

*Simplicium
utilitas in-
victa.*

Quare ego consultius simplicia medicamenta adhibenda putem; Cum enim natura, ea in fines ejusmodi creaverit; Certum est illa r. t. è sumpta effectum suum sine ulla aliorum commistione naturaliter consequi posse: Si quidem uti benigna mater natura omnibus prodesse voluit, ita summa quoque providentia ubique locorum produxit ea, quæ & facillè reperirentur, & hominem in necessitate constitutum ab imminente malo liberarent. O quàm infelicem sortem nacti fuissent rerum omnium inopes, si non nisi longo pretiosissimarum specierum catalogo, à tanta inimicæ potestatis sævitie, à tantâ immunitas promitteretur. Sicut enim natura in unum tendens per-

petro

petnò unitatem sectatur, ita & simplicitatem amasse videtur, juxta illud, *frustra fit per plura &c.* in Scholis notum. Simplicia itaqve præ reliquis in prophylactica assumenda esse, salvo meliorum judicio, existimo. *Quanam* verò illa sint, & quomodo usurpanda, tempus est, ut aperiã.

In Classe simplicium vegetabilium, appropriatã contra pestem virtute pollentium, potissimum septem magnæ virtutis esse probantur à melioris notæ Medicis; scilicet, Hypericon, Vincetoxicum, Enula sive Helenium, Dictamnus, Aristologia, Laureola, Raphanus sylvestris. *Quæ* omnes herbæ mirã sanè ex insita illis quadam & specifica qualitate venena arcent, & repellunt: & tametsi hæ quovis modo sumi queant, meliorem tamen effectum præstabunt, si in sale chymica arte præparatum resolvantur; hic enim virtute tota sibi concentrata, in jusculo, jejuno stomacho sumptus, quantitate, quam apex cultri contineat, mirum est contra venena & potissimum pestem antidotum. Hisce succedunt alia, quæ ad præcedentes virtute proximè accedunt, & sunt: Ruta communis, aut altera species ruta Capraria dicta, tormentilla, pimpinella, Zedoaria, scordium, angelica, seu quam Carolinam vulgò vocant, & Scorzonera; quæ vel in sale elaboratã, vel in pulveres contritã, vel in succos coactã, in jusculo, vel in aqua propria ab unoquoque sumi poterunt.

Ex terrestribus verò mira quadam contra pestem proprietate pollent, Terra sigillata, sive bolus Armena, cornu cervi ustam, spodium & similia. Ex Aromaticis Aloë, cinnamomum, nux myristica, myrrha; quæ tamen non tam contra pestem appropriata remedia sunt, quam quod cordi robur & resistendi virtutem addant: Si enim virus pestiferum intus sumptum sui vigori veneni prævaleat, tantum abest, ut quicquam subsidii conferant, ut potius omnia dicta in sui substantiam convertat. *Quodnam* verò illud potentissimum efficacissimumque pestis antidotum esse possit, varii variè tradiderunt. *Quidam* existimaverunt, illud esse debere quiddam ex mineralis aut vegetabilis sentientisve naturæ penuario depromptum: Nonnulli pentacula sive amuleta quædam excogitarunt, ut Zenexon Paracelsi, cui magnam pesti propulsandæ virtutem inesse multi putant; sed quoniam id ipsum immensis superstitionibus referuntur, ei quoque à nemine fidem adhiberi velim; cum similia

Simplicia pestis antidota.

Ex Terrestribus prophylactica. Ex Aromaticis.

Pestis etiam bezoardica in sui naturam mutant. Quodnam sit antidotum pesti appropriatum. Amuleta superstiosa vitanda.

vix unquam sine expresso aut implicito pacto Diaboli effectus suos fortiantur. Quidam confugiunt ad nescio quæ amuleta sacra, variis litteris, characteribus, crucibusque intricata, quibus Deum Opt. Max. tanquam ad sensibilia signa cogi posse arbitrantur: Sed hæc uti impia sunt, sic à S. Romana Ecclesia merito tanquam innumeris diaboli illusionibus exposita, proscripita sunt.

E quibus hic in gratiam Lectoris unum sat superque jam notum vulgatumque apponam, ut fraudibus cognitis ab hujusmodi maleferiatorum hominum inventionibus quisque absteineat.

Sic igitur se habet:

† Z. † D. I. A. † B. I. Z. † S. A. B. † Z. † H. G. F. † B. E. R. S.

Quorum characterem hanc ajunt esse explicationem.

- Amuletum
superstitio-
sum.*
- † *Cruce Christi salva me.*
 - Z *Zelus domus Dei libera me.*
 - † *Cruce Christi vincit & regnat, per lignum Crucis libera me Domine ab hac peste.*
 - D *Deus Deus meus expelle pestem de loco isto & libera me.*
 - I *In manus tuas Domine commendo animam meam, & corpus meum.*
 - A *Ante cælum & terram Deus eras, & Deus potens est liberare me ab hac peste.*
 - † *Cruce Christi potens est ad expellendam pestem à loco isto.*
- Et ita de reliquis.*

Hoc itaque est celebre illud amuletum contra pestem, quod à nescio quo Græco Archiepiscopo, tanquam sacrosanctum, & miraculosa virtutis arcanum evulgatum ajunt; quod quicumque portaverit, illum infallibili divinæ gratiæ protectione ab omni pestifero afflatu immunem futurum, perperam sibi persuadent.

Verùm cum id scriptum ejusdem omnino formæ sit, cum innumeris aliis, quæ hominibus maleferiatis & cum Dæmone pactum habentibus, ad alios effectus similes, impiè cuduntur & superstitiosè adhibentur: dicendum id prorsus suspectum atque scandali plenum esse, eaque propter, ejus usum cavendum esse. Nec refert, quod ejus amuleti characteres sic explicari possint, ut sint versuum quorundam psalmorum, similiumque precum initials litteræ. Nam præterquam quod iidem characteres per se ipsos ad id indeterminati

sint,

sint,
in sen
amul
& cru
& sin
existi
& sci
doctr
ive L

P

quor
tum,
cont
deran
ce &
diffi
co tu
neni
prio
su est
nis i
cani
pest
cont
vide
& a
qua
min
& A

sint, possintque à Dæmonis ministris ejusmodi amuleta cudentibus in sensum prorsus oppositum detorqueri; adhuc tamen ex hoc talis amuleti usus reprobandus est, quod eo modo nudis characteribus & crucibus consignatum & in corpore gestatum, exinde insignem & singularem, aut certam vim ad effectus suos habere superstitiosius existimetur. Uti uberrimè in Magia Ægyptiorum tom. 2. ostendo, & scitè quoque comprobatur in suo Medicopolitico catholico, fol. 150. doctissimus Hieronymus Bardius Theologiæ, & Medicinæ utriusque Doctor.

CAPUT VI.

Nonnullorum CHYMICA pestis curandaratio.

PROPRIMUM Naturæ est, uti supra dicere cœpimus, contrariorum lucta gaudere, litibus & dissidiis rerum operationes suas ad insignes effectus producendos instituere: Hincposito uno contrariorum, alterum poni necesse est, uti Scholæ loquuntur. Nullum latet in natura rerum toxicum adeò truculentum, quod non statim antagonistam reperiatur, ferocienti naturæ contrarium, venenique destructivum; quæ quidem non tantum considerari possunt in rebus specie differentibus; uti in thora, & anthora in filice & arundine, in simia & testudine, in agno & lupo; similibusque rerum dissidentium viribus operationibusque; Sed vel ipsum animal toxicoturgidum secum portat & intra se continet seminaria quædam veneni proprii destructiva. Hinc vipera à se morso intoxicatos, proprio substantiæ suæ vigore sanat; scorpius intritus vulneri, quod morso effecerat, venenum, quod vulneri infuderat, ad se retrahit. Canis rabidi vulnus aliis inflicto, tutius non curatur, quam hepatis canini esu; & sic de singulis idem judicium esto. Quoniam igitur pestiferum virus omnium, ob summam sibi semper adjunctam contagionis necessitatem, perniciosissimum est; fieri sanè non posse videtur, quin provida natura hujusmodi veneno singulare quoddam & appropriatum antidotum contraposerit; quale tamen illud sit, quam multi quæsi verunt tam pauci invenerunt. Nonnulli illud in mineralibus inveniri posse putarunt: Unde illud primò in Mercurio & Arsenico tentarunt, ob nescio, quam rationem, quæ insita qua-

Natura in perpetua contrariorum lucta versatur.

Sympathia & Antipathia rerum.

Natura omnibus morbis remedium consistit.

An Mercurius pesti profigatur de aptum remedium.

dam sibi vi pestis venenum trahere sibi persvadent; pessimum sanè consilium. Qui novit malignam Mercurii indolem vel post exiguam calefactionem, is plus illam damni adferre, quàm emolumenti asferere cogetur: & experientia docet, Mercurium calamo inclusum, ac supra nudam carnem gestatum, simul ac rarefactus incaluerit, malitiam suam mox furtiva quadam negotiatione prodere, quarum prima est ventrem solvere; secunda convulsionem nervorum causare: gingivas invadere & rosiva sua virtute omnia infestare. Si quis tamen nobis opponat, Mercurium calamo inclusum, virtutem suam diffundere non posse; is valdè hallucinabitur: Cum adedò subtilis exhalationis sit, ut per insensibiles etiam calami poros virtutem suam intra ipsa viscera propaget. Ac si illud detur transpirationem scilicet per calami poros fieri non posse; pari ratione assero, nullum quoque eum in trahendo pestis viru effectum sortiri posse; cum duo corpora Sympathica aut antipathica effectum suum obtinere nunquam possint, nisi ita sibi invicem applicata fuerint, ut unum radiis virtutis suæ, alterum contingat reciproca radiorum communicatione; esset enim cæteroquevis otiosa vis & evanida: Aget itaque Mercurius calore nativo gestantis rarefactus, & in vaporem quadantenus resolutus, & agendo ea in corpore humano efficiet, quæ ejus naturæ & proprietati congrua & quàm maximè consentanea sunt; proprium autem est ei, relaxare intestina, nervos convellere, siccare medullas ossium, & tandem gingivas similiaque hisce putrefacere; quæ uti naturæ inimica sunt, ita omnibus velis remisque vitanda. Nemini itaque svaserim, ut hujusmodi plenum alea antidotum sive calamo inclusum, sive sericis involucris vestitum, sive quacunque alia ratione adornatum inconsultius gestet; quamvis enim primis statim diebus effectum perniciosum quispiam non sentiat, frequenti tamen usu & successu temporis, vera esse, quæ dixi, reperiet. Pejus autem id, quod ex Arsenico conficitur amuletum, antidotum est, ob insignem veneni sub eo latentis deleteriæ virtutis magna interimendi facultate pollentis virulentiam; Cordi enim quàm maximè obest, Spirituum officinam potissimum virulento suo æstu infestans respirandi difficultatem inducit, vertiginem efficit & scotomiam, ut proinde mirari satis non possim, quod eorum fuerit Medicorum sinitamentum; ut hominem, tam phanatico antidotum, tot ac tantis peri-

Effectum Mer-
curii.

Arsenicale
amuletum
perniciosum.

pericu
lica ita
bere p
terced
gradus
mica a
pugna
ad arc
tio infl
V
müner
tander
resister
Medic
tiam:
minim
ut præ
mis ne
natura
lo alti
ciendi
cavi, f
meliùs
B
quæ è
ut non
gnetic
brorum
non fo
ad amb
& tube
lethife
ficit, i
odio e
bie mo
halitue

periculis & symptomatis forsan peste peioribus exponerent. Metallica itaque venena pesti removendæ nullum efficax remedium præbere possunt, cum nulla cum vitali morbo inanimatis similitudo intercedat: gaudent enim omnia suis similibus intra eosdem naturæ gradus constitutis: quemadmodum qui vegetabili naturæ in arte chymica ad fixationes utuntur, nunquam ad desideratum Scopum, repugnante naturæ diversitate, pertingent: Sed vaporibus metallicis ad arcanam naturæ similitudinem, ut effectus consequatur, operatio instituenda est. Sed jam ad nostrum institutum revertamur.

Videamus itaque, quodnam illud appropriatum contra communem & ordinariam pestem antidotum, & quidnam aut quantum tandem virtute ferociae draconis virulentissimi, cujusmodi pestis est, resistere possit. Nonnulli ingeniosi, & libris editis non ignobiles Medici, dicunt hoc antidotum non aliud esse quam Bufonis substantiam: quibus ego multis rationibus inductus etiam si subscribam; minimè tamen naturam rerum tam arctis claustris constrictam puto, ut præter hoc non alia in occulto ejus sinu hominum saluti cumprimis necessaria condita teneat contra pestem antidota. Verùm ut natura & proprietates Xenexeti Bufonii luculentius patefiant, paulo altius de iis ordiri visum est, sic tamen, ut in ejus Xenexeti conficiendi ratione tradenda, non tam meam, quam eorum, quos indicavi, sententiam exponam; rem omnem (ut par est) peritiorum ac melius sententiarum judicio subjiendo.

*Antidotum
specificum
contra pestem
Bufo est.*

Bufo, vel quod idem est, Rana venenosa, ex eorum est genere, quæ e putrido terræ mure generantur, animal est plenum veneno, ut non immeritò terrestris toxici & contagiosæ virulentiae bursa magnetica dici possit; Unde vel ipso horrido suo aspectu, tumido membrorum ductu oculorum truculentia, & funesto faucium hiatu, nulli non formidinem vel ad primum aspectum incutiat; tardissimum est ad ambulandum, unde Saturni se sobolem esse demonstrat; tumida & tuberosa pelle, veneni quod continet, virulentiam signat; foetore lethifero, halituque suo abominabili, dum & plantas & animalia conficit, nescio quid cum peste commune habet; tanto in hominem odio est, ut suspensus & verberatus ab homine præ nimia in illum rabie moriatur; Unde homini maximè insidiatur, dum eum oculorum halituosa virulentia afflatuque exitiali omnibus modis siderare nititur;

Bufonis descriptio.

tur; & quoniam diffitum non semper oportuno aspectu adoriri potest, hinc naturali sibi insito liqore lotioque virulentissimo, quod in diffitos vibrat, hominem aggreditur, ut vel hoc pacto rabiem suam fatiet; proindeque maximè admirari liceat abditum naturæ consilium, dum vel maximè pestiferum animal, pestis tamen antidotum ritè præparatum hominum necessitati constituerit, atque aded occultis naturæ characterismis signaturisque in eo pestis naturam & proprietates expresserit. Hinc sequentia formant consecraria. Est pestis morbus epidemicus, quem ranarum bufonumque pullulantium multitudo ut plurimum prænunciat: luculentum sanè indicium, bufones ex pestifera materia mucosaque, sive ex influxu cœlesti, sive aliis de causis terræ insitis, nasci, & veluti in quandam veneni bursam animari, ejusdemque attractu continuo nutriri & vivere. Efficit pestis nescio quæ exanthemata, tubera, bubones, vibices, maculas, quæ omnia in tuberosa bufonis pelle vibicibus & maculis variè distincta

Analogia pestem inter & bufonem

Bufo maculatus est & vermes generat. In tract. de peste quæ & tumulus pestis dicitur. Historia memorabilis.

expressè signantur. Pestis generat vermes omnium Medicorum testimonio propter excellentem putredinem; generat & eos bufo in proprio suo corpore, potissimum in capite. Cujus rei ut veritas luculentius pateat, hæc testimonium Helmontii adducemus, qui rem ita se habere, vario experimento comperit, & est res notatu dignissima: Dein, inquit, Julio mense, decrescente Luna, veteres bufones cepi, quorum oculi albis scatebant vermibus, nigrisque capitibus prominentes, adeo ut uterque oculus totus in vermes transformatus esset, fortassis 50. numero. In utroque oculorum foramine vermes erant densè compacti, quorum capita foras prominebant, & quoties aliquis egredi vel prominere conaretur, statim bufo apposita manu egressum retabat; hos autem bufones ad vomendum coactos, uti dixi, per suspensionem, reperi dare excellentissimum Zenexeton sive amuletum; vermes autem in patinam ceream deciduos, simulque, quod per vomitum rejicit in trochiscos parvos redegit, addito bufoni cadavere è cerea patina; gestati autem trochisci ad mammam sinistram, arcebant contagium, & loco infecto alligati, statim virus extrahabant; terrantque trochisci promptiores & validiores, si in usum aliquoties venissent, quam recentiores; reperi autem hoc amuletum pro peste longè validissimum. Hæc Helmontius.

Terrorem incutit Bufo.

Porro sicuti pestifera lue infecti ingentem terrorem obviantibus incutiunt, ita bufo hominibus obvis: est enim naturale quoddam

dam b
tum yu
lierit
pathica
mini p
sus sin
hospita
ne, qu
priatum
concep
proprio
sed & c
conser
putant
sub de
trahit;
sibi, m
subitan
thifero
Ex qua
cificum
approb
nullum
milium
& anim
ubi buf
agitari
tum eff
præ na
lebeter
gressus
bus in c
rant, a
ipsa Vi
vulneri
tus sana

dam bufonis in hominem odium, quo eum modis omnibus perditum vult, tantò quidem vehementius, quantò is ab homine asperius fuerit tractatus, ac verberatione saevius exagitatus; atq; hoc est Sympathicæ actiones fundamentum, quo ex appetitu naturali bufo homini per veneni sui diffusionem nocere desiderat, & dum sibi prorsus simile jam in homine per pestem infecto, in mumiali fermento hospitans reperit, illud is humano corpori applicatus, ea præparatione, quam paulò post exponemus, tanquam sibi *συγγενίου* & appropriatum mox iterum in se per attractum derivat; terrorem ex peste conceptum, & in Archæi idea latentem destruit, terrore hominis sibi proprio; atqve hic appetitus insitus non in vivo tantum animali; sed & eandem hanc sibi insitam vim in mortuo & variè præparato conservat. Hinc admirandum sanè arcanum & paucis notum illud putant; Quod Sympathica quædam vi, haud secus ac magnes ferrum sub debita distantia positum mox commovet, & commotum ad se trahit; ita bufonis amuletum, hominì quidem inimicum amicum verò sibi, mox ac vim pestis in corpore alicubi stabulantem sentit, illam subitanea actione ad se trahit, atqve adeò hominem à molesto & lethifero hospite, terrificâ Archæi ideâ destructâ, liberat servatqve. Ex qua expositione luculenter patet, præ omnibus aliis maximè specificum & appropriatissimum antidotum Helmontio (quod & nos approbamus) esse amuletum ex bufonis substantia desumptum; cum nullum veneni genus, quam pestiferum venenum toxico bufonis similis sit, contagione enim sua non homines tantum, sed & plantas & animalia inficit; & experientia docet hominem, vel in ipso loco, ubi bufo conlederit, mox infici & vehementibus Symptomatis agitari. Funesto sanè eventu virulentum bufonis contagium expertum est quoddam in Germania Monasterium (quemadmodum supra narravimus) in cuius culinam bufo noctu irreperat, & cum lebetem reperiret nec dum purgatum, pingvedine allectus eum ingressus, virulento lotio halituqve ita infecit, ut quotqvot ex carnis in eo per Cocisocordiam nec dum emundato, coctis comederant, ad unum omnes eodem statim die extincti sint. Sicuti itaqve ipsa Vipera sui per morsum in hominem diffusi veneni medella est, vulneri ritè applicata: & scorpium punctarum inflictam vulneri intritus sanat; & hepar canis rabidi à demorsis devoratum summo & unico con-

*Antipathia
pestis curan-
da fundamen-
tum.*

*Quam a-
ctione bufonis
substantia
pestem curer-*

Historia

*Vipera cur
Veneni anti-
dotum fit.*

*Scorpium, ca-
mi rabidus*

co contra hydrophobiam remedio est; ita & bufo pestiferi halitus è terrestri mucore expirantis soboles pestem quocq; præ omnibus sanat; mox enim corpori peste infecto applicatus; statim id, ex quo coalluit, tanquam sibi summè congruum appetit, & in se derivat, simulq; hominem lethifero hospite eliminato à peste liberat. Quibus positis, nihil hoc loco aliud restare videtur, nisi ut jam modum, hujusmodi amuletum ritè præparandi ex eorundem auctorum sententia doceamus.

*Applicatio
bufoni anti-
doti ejusq;ve
preparatio.*

Certum est, in Borealibus Regionibus magnum esse usum bufonis tempore pestis; siquidem memini me haud infrequenter in Germania rusticos quosdam observasse, qui quotquot in campis bufones deprehenderent, eos mox stipitibus infixos solis æstu torrefacerent, pellemq; fervarent; Cum itaq;ve facti rationem instantibus urgerem, dixerunt, se pelles bufonum exsiccatas in tempus pestis conservare; hoc enim unicum iis domesticum contra pestis virulentiam remedium superesse; siquidem ulceri pestifero applicatis pellibus bufoniis statim se extracto veneno à morte liberari. Verum cum hujusmodi remedium horridius sit, quàm ut ab hominibus delicatioribus adhibeatur; hinc Medici per experientiam doctiores delicatiorrem efficaciorremq;ve eos præparandi modum invenerunt. Buclerus Hybernus quidam Chirurgus, uti Helmontius narrat, primus hujus antidoti auctor, Londini aliquot millia hominum peste curaverat, hoc pacto, bufones magnos mense Junio post meridiem captos cruribus suspendi propè focum aut carbones succensos, illisq;ve patinam è cera flava confectam subtendi jusserat; tandem à triduo suspensionis bufonem invenit mucosam quandam materiam unam cum nonnullis infectis, videlicet muscis nitentibus alis subviridi colore veluti deauratis, evomuisse; à vomitu verò bufo veluti jam animatà sobole privatus mox obiit, quamvis dicta infecta, licet pronus penderet, ante triduum non vomuerit; asseveravit autem Helmontio amico, se pro quadraginta millibus hominum peste infectorum curandis remedium communicare. Helmontius verò subolfaciens id, quod erat, fordes vomitu rejectas, itemq;ve exsiccatum bufonis cadaver seorsim in pulverem tundi jussit, & cum tragacantho, sine quod idem est gummi arabico trochiscis formatis feliciter se tam ad præcantionem pestis, quàm ejusdem sanationem usum esse scribit.

*Alia præpa-
ratio antidoti
bufoni.*

Petrus

Petrus Johannes Faber haud incelebris Medicus lib. 5, sui Pan-
 chymici, ita bufones præparari jubet: (In bufone inquit etiam ipso la-
 tet arcanum & secretum veneni cujuscunqve extingvendi: oportet
 comburere bufones, & in cineres convertere forti & potenti igne, &
 ex cineribus eorum, aqua Cardui benedicti maceratis ter vel quater
 rectificatis extrahere salem, & ipsum purificare calcinando, & sol-
 vendo ipsum multoties in aqua ipsa Cardui benedicti, donec clarum
 & liqvidum sal fiat, cujus dosis est 3. Scrup. in ipsa aqua Cardui ben-
 edicti, ad pestem omnem eliminandam è massa sanguinis idqve bene-
 ficio sudoris, quem potentissimè elicit hic sal, & sic purificat totam
 sanguinis massam & vindicat eam tum à peste, tum ab omnibus ve-
 nenosis morbis, & sic bufones sunt maximo homini emolumento)
 Vide etiam quæ de bufonis præparatione in suo Zenexeto contra pe-
 stem, adducit Crollius in sua fabrica chymica. (In Germania in-
 pulveres resolutas bufonum pelles, prius ad solem exsiccatas, bubo-
 nibus pestiferis in modum emplastri, aqua Scorzonerae ut vocant, ru-
 tæ capraræ aut Cardui benedicti, prius maceratis, imponere ut plu-
 rimum solent; quo plerosque si tempestivè malo occurrerint, à pe-
 ste liberatos experientia docuit:) trahit enim sibi simile ad eò poten-
 ter, ut multi putaverint, mustelam reali quodam magnetismo à bu-
 fone ad se in escam trahi, quod tamen nos in Arte Magnetica falsum
 ostendimus: est enim astutia bufonis, qua se propius accedentem
 mustelam halitu suo infatuatam interimit, interemptam in escam si-
 bi destinat. Quidquid sit, si vera sunt, quæ hi Authores narrant,
 singulare contra pestem remedium illud bufonis esse facile credide-
 rim, dummodò legitimè & dicto modo præparetur pestiqve laboran-
 ti tempestivè applicetur. Obstrepet forsitan nonnemo ex eorum nu-
 mero, qui nonnisi odoribus & bezoarticis & ingenti compositionum
 sylva pestem se curare sibi persuadent: bufo horridum oppidò ani-
 mal, atqve æqve toxico pernicioso turgens, tantum abest, ut pestem
 curet, ut eam potius, ubi non existit, adducere videatur. Respon-
 deo, hosce nescire leges naturæ Sympathicas & antipathicas, nescire
 occulta naturæ miracula, quæ maximè vel in similitudine vel dissi-
 militudine naturæ fundantur. Fatemur bufonem animal esse plenum
 abominationis & horroris; sed scimus etiam pestem esse omnium
 malorum & atrocissimum & maximè formidabile, cui medela sit bu-
 fo ma-

*Intentia Pe-
 tri Johannis
 Fabri de Bu-
 fone, ejus qve
 preparatio.*

Crollii.

*Quomodo mu-
 stella à bufone
 trahatur.*

*Objectis con-
 tra dicta.*

*Obj. contra
 dicta*

fo magnetica quadam actione, quæ suum sibi simile, id est, pestiferum virus trahit, peractâ: neque enim quispiam sibi persuadeat, amuletum bubonium eo modo, quo cætera agentia suas operationes, perficere; uti enim pestis virus prorsus est insolens & vix notum, ita & dicti amuleti actio; dum scilicet non agit virtute aliqua elementari, sed prorsus magnetica, sympathica & veluti immateriali, quæ pestis radicem sub prætextu quodam furtivæ amicitia ad se attrahit, revera tamen tanquam contrariam sibi ac humani consortii odorem referentem, insito sibi impetu mox interficit: Quæ est causa, cur hujusmodi amuleta corpus non inficiant, nec alios sibi præsentem ex attractu pestis, quia videlicet radiis suis antipathicis propagationem pestis non permittunt; Sed mox itineri jam accinctam adoriuntur & interficiunt.

Quæ quidem dum asserimus, nullius ingenio vim inferimus, sed liberam unicuique judicandi potestatem relinquimus. Non ignoro, pestes nonnullas esse, quemadmodum supra ostendimus, prorsus differentis proprietatis à peste ordinaria, quam buboniam vocant, quæ variis carbunculis, exanthematis, maculis vibicibusque corpus humanum signat; hinc bubonium forsân antidotum similibus parum proficuum esse posse non nescio. Quare, si ea, quæ supra de venenorum genesi retulimus, exactè observentur; Medicus sagax & solers ex causæ tam insolitarum pestium, venenorumque inventionem, facillè in antidoti notitiam se perventurum norit; Si juxta intentam analogiam operetur. Ex. Or. si pestis ingruat narcotica vi pollens; tum enim verò herbis insectisque solis eadem vi pollentibus antidotum constitutum esse sibi persuadeat. Dum enim simile simili delectatur; illa ritè prius præparata applicataque abditum venenum narcoticum præter naturam in humano corpore hospitans, veluti sibi συγγένιον seu connaturale mox attrahent; hominemque à lethifero hospite liberabunt. Idem de reliquis omnibus rarioribus pestis eventibus judicium esto. Ut proinde paucis verbis ingens in natura arcanum detexisse sufficiat. Quare ad alia.

CAP.

CAPUT VII.

Hippocratica pestis curanda ratio.

VERUM hoc loco omittere non possum, quin adjungam eam, quæ summa Mundum admiratione affecit, rationem ac methodum, quæ Hippocrates, Græciam olim universam à peste liberavit tanto applausu, ut inde divinos impiè licet honores consecutus sit. Prima ratio pertinet ad prophylacticam sive aëris emendationem; secunda ad Therapeuticam, quas, quoad poterimus, paucis Deo dante absolvemus.

Græciam à peste Hippocratis ope liberatam extirpatamque omnia Historicorum monumenta testantur. Quæ verò arte id præstiterit, non perinde omnibus compertum. Certum & indubitatum est, τὸ Θεῖον (vocabulum ab Hippocrate usitatum) non divinum tantum quid, sed & apud linguæ Græcæ autores nihil aliud quam sulphur significare; Hippocratem verò omne virus abditum & insolens occultumque divinum quid in morbis appellasse constat; quod & excellentissimus Joannes Benedictus Sinibaldus scitè sanè explicat in suis Antiphonis; cum verò sulphuris ope omne virus pestiferum seu pestem ipsam venenorum malorumque contagiosorum insolentissimum sanaret; hinc factum fuit, ut sulphur ob admirandas in pestis contagione dissipanda exterminandaque vires veluti τὸ Θεῖον seu divinum quiddam respiceret, & quasi à Diis immediatè in humani generis subsidium cœlitus inspiratum antidotum. Nam flores sulphuris Hippocrates præscripsit, potentissimum contra pestem medicamentum, cui vix in natura rerum simile reperiatur, eò quod sulphur intra abdita naturæ suæ cimelia præter miras virtutes, resinam quoque mineralem, balsamumque terrestre magnos putredinis antagonistas contineat; neque enim corrumpitur unquam, aut vires suas perdit, quod aliis resinis balsamisque vegetabilibus commune est; inest ei ignis quidam potentialis, quæ omnia facultate sua ignea, tum in elementari, tum microcosmi regno abdita venena consumit; hoc cum pice mixtum lignis oblitum, ea contra omnes temporum injuriâs defendit, putredinemque humiditate contractam, verminosamque in iis stabulantem sobolem mox destruit.

*Hippocrates.**Θεῖον**Sulphuris
præstantia.*

struit. Vapor seu fumus ipsius debito instrumento in aquam corruptam jam, penitusque facum commiffione vitiatam immiffus, eam intra paucas horas ita fermentat, ut omni terrestrium impuritate partium fundo concreditâ aquam mox limpidam, ac claram ab omni terrena illuvie depurgatam relinqvat. Quia vel ipsa vasa vitinaria sulphuris suffumigio medicata, vinum ab omni corruptione immune præservare notius est, quam ut dici debeat. Tinctores serico crudo splendorem puritatemque argenti ferè æmulam sulphuris ope conciliant. Hujus subsidio vaporis multi capillos albos splendidosque reddunt. Ex quibus luculenter patet sulphuris in depurandis corporibus quibuscunque præstantia; ut proinde non sine causa & ratione illud τὸ Θεῖον Hippocrates appellandum censuerit; utpote quod aptissimum ad pestis virulentas sorditates, tum in aëre, tum cæteris elementis humanisque corporibus conditas, profligandas extinguendasque, in omnibus seculis memoranda Græciæ pestis trauulentia, assumpserit. Rursum omnia contagionis capacia sunt, ut supra ostensum fuit, metalla, moneta, vestes, charta, chordæ &c. Solum sulphur hoc sibi à naturâ inditum habet, ut non tantum contagionis incapax sit, sed & quidquid pestifero halitu infectum est, corrigat, extrahat, abstergat, eradicet, ac penitus destruat; fracedini enim ac putredini insitâ sibi naturâ resistit, & præcipuè pestis contagiosæ aporrhæ; scabies contagiosa est, at hanc sulphur præ cæteris tollit, tanquam contagiosæ virtutis inimicum; ut proinde mirum non sit, pestem in pellem ab interno principio derivatam, per sulphur quoque extrahi; est enim ignis mineralis, cujus proprium est omnia comburere, nec contagio affici. Quale autem sulphur illud sit, aperte docet Hippocrates, dum illud τὸ Θεῖον ἀπεργον, id est divinum, ignem non expertum dicit, & quod simul accensum, nihil facium post se relinqvat, sed totum avolet, inde haud incongruè Φλογιστὸν dictum.

Sulphur contagionis incapax.

Aër qui purgatus ab Hippocrate.

Aërem itaque emendaturus Hippocrates, & ab omni pestifera fuligine vim dicaturus, in publicis platearum angulis struem excitabat ex Lauri, Cypressi, Rosmarini, Juniperi lignis & foliis, quibus commiscebat sulphur, picem, salem; salem quia contra pestiferæ fracedinis exhalationem excellens remedium; picem, quia aëris μιδύματα congelat & sibi adhærere facit: sulphur verò, quod si quid remansisset miasmata, prorsus consumat: & hisce non solum publica

blica ut
saffiri ju
rant:
veluti a
structur
cum m
ob caus
dandi
Secvitu
peltis,

PI
præpar
bat, do
ceretur
igne de
enim d
gabatur
grana s
hoc in
ste corr
subnase
tis, von
rent im
nes bal
tredine
pradict
dum, n
res pote
servare
res verò
cibus p
mis die
cto sud
rigebat
calida,
Prætere

blica

blica urbium compita lustrabat, sed & intima domorum receptacula suffiri jubebat, ibi potissimum, ubi infectionis labe correpti decubuerant: norat enim pestis *μειοματῶ* vel ad primum sulphuris odorem veluti ad potentis summæ & inimicæ potestatis præsentiam mox destructum iri: atqve hoc pacto universam Græciam per edictum publicum mundatam pristinae suæ integritati restituebat: hanc quoque ob causam *Ἰπποκράτης* donatus. Atqve hæc erat Hippocratica mundandi aëris, & pestiferorum miasmatum consumendorum ratio. Sequitur modo Therapeutica methodus, sive quod idem est, cura pestis, quam hoc pacto adoriebatur.

Pice, sale, sulphure pariter utebatur, sed singulari methodo præparatis. Sulphur prius cote levigatum cum aqua exsiccare curabat, donec depositis terrestrium facium quisquillis ad debitam reduceretur, tum subtilitatem, tum puritatem; deinde salem pariter in igne decrepitatum ignisq; liqvefactum seponebat ad partem; per hanc enim decrepitationem ab omni heterogeneæ sobolis mistione depurabatur. Porrò vinum hujusmodi præparato sale condiebat, cui granæ sulphuris 24. ad sudores proliciendos addebat; vinum verò hoc in pice oblito vase conservabat: Cum enim ex Symptomatis peste correptorum infueretur appetitum prostratum, stomachoq; mox subnasci frigiditas & nidorosas impuritates, unde dolor intensus capitatis, vomitus, nausea, delirium, sopor, quæ desideratæ curæ summo forent impedimento; ut his incommodis mederetur, carnes communes balsamo salis conditas præbebat ægris, quibus exitiale virus putredinesq; per vim quandam abstersivam everterentur, vinumq; supradictum sale, pice, sulphure conditum præbebat calidum & fervidum, minimè tepidum, tum ad nauseas cohibendas, tum ad sudores potentiùs eliciendos; salem enim abstergere & à putredine conservare, sulphure verò virus pestiferum cohiberi optimè norat; sudores verò ad minimum triduo præscribebat, bis de die, & singulis vicibus per sextantem diei, si virium imbecillitas permittebat, primis diebus plus, reliquis minùs, potu omni sudantibus negato. Peractò sudoris termino, vinum græcum piceatum supra descriptum portigebat. Bubonibus verò pestiferis folia Asæ foetida aceto macerata calida, eademq; plantis pedum manuumq; palmis superimponebat. Præterea ad bubones & vibices lintea calida generoso vino macerata,

*Therapeutica
curatio Hip-
pocratica.*

Salis Sires.

*Bubonum cu-
ra.*

*Viperarum
usus.*

cui sulphur incoxerat, applicabat, adeoque totum corpus hujusmodi composito vino lavabat, sudantiqve passim sulphuris pollinem, jubebat aspergi, frictionibus additis. Præterea alio antidoto Hippocratem pestem adortum reperio: Viperas accipiebat, quibus excoriatis capiteqve & cauda resectis, intestinis quoque abjectis, uti & medulla spinæ, cor solum & hepar reservabat: Carne itaque, ossibus, corde & hepate in mortario contundi jussis tepidoque furno tamdiu exsiccari, donec aptè in pollinem reduci possent; hunc pulverem defæcato coctoqve melli commiscebat in electuarium, cujus usu omnes à peste liberabat. Atque hæc sunt remedia à summo Hippocrate contra pestis sævitiem præscripta & posteritati relicta, quæ hic utpote parum cognita, aut usurpata ad commune bonum, ne quicquam huic tractatui deesse videretur, apponenda duxi,

CAPUT VIII.

De aliis Antidotis pesti contrariis.

Divulgantur passim sævientis pestis tempore nonnulla remedia & antidota, quæ magnum quiddam sibi promittunt ad pestis à corpore humano expulsionem; sed tantum præservativa quædam sunt, id est, quæ nonnullum quidem in præservando corpore effectum sortiuntur; sed ubi pestis semel interiorem Oeconomiam plenè invaserit, nihil proderunt hujusmodi antidotaria medicamenta, cum nihil sit, quod pesti plenè resistat, nisi specifica quædam antidota totius substantiæ similitudine ipsi contraria; Hæc enim uti ex penitissima quædam Sympathia aut antipathia veneno pestifero opponuntur, ita sola illud destruunt, & ob cœca naturæ utriusque dissidia in nihilum abducunt. Sunt etiam nonnulla, quæ naturalem contrarietatem ad pestem possideant, uti sunt, ruta, Zedoaria, os cervinum, bolus armena, quinta essentia contrayervæ, & alia supra enarrata: quia tamen essentialem pestis rationem non attingunt, ita peste semel invasis, vix aut ægrè emolumento aliquo esse possunt: cum enim essentia pestis dependeat à terrore, quo tantum pestiferi vis imaginativa invaditur, & ex hoc mox spirituum officina turbatur, & inde mumiale fermentum pestifero odore inficitur, certè nulla tam potens rerum bezoarticarum,

*Sola specifica
antidota cum
runt pestem.*

cont-

compo
è loco f
rali &
posito;
supra d
tur, hoc
talia me
quo vis
turbatur
hibitis f
primùm
parum a

Qv

facilius
viscerum
est, pest
prophyl
scerum C
dine qui
vel ad ex
sive aëris
paucis di

Ad
omnibus
ma nasc
raminibu
dilatatione
tui tuoru
aura assue
& hoc pa
niam ven
nec expec
subditis f
quibus hi
pro mea

Dix

compositio, nullum tam scitè præparatum alexipharmacum ad virus è loco suo exturbandum sufficet, nisi tale fuerit, quod ex vi naturali & ratione contrarietatis specificæ ita pesti opponatur, ut hoc posito alterum subsistere non possit, cujusmodi sunt antidota, quæ supra descripsimus. Quæcumque ergo Medicis passim præscribuntur, hoc solum efficere posse videntur, ut à peste præmuniant, vitalia membra contra inimicum corroborent, sudorem provocent, quo vis exitialis hausta per sudorem, confortato cordis vigore, exturbatur: atque hoc pacto plerosque medicamentis tempestivè exhibitis sanatos novimus. Dixi tempestivè exhibitis; quia quàm primùm pestiferus halitus spirituum officinam sui juris fecerit; tunc parum aut nihil ea remedia profuisse compertum fuit.

Quoniam verò domus ab extrinseco quodam incendio invasa facilius à combustionis periculo liberatur, quàm si jam interiora viscerum receptacula depascat luculentus ignis; ita quoque facilius est, pestem à corporibus humanis arcere confortativis quibusdam & prophylacticis antidotis, quàm postquam pestis jam interiorem viscerum Oeconomiam invaserit. Iis tamen laudabili sane sollicitudine quispiam uti poterit, duplici ratione, vel ad intra susceptione, vel ad extra applicatione facta: primus modus vitalium membrorum sive aëris intrinseci alter extrinseci emendationem respicit. De hac paucis differemus.

*Difficultas
in curanda
peste.*

*Remedium
contra pestem
optimum.*

Ad vitandum pestifero halitu infectum aërem, commune hoc omnibus præscribitur antidotum, *longè, citò, tardè*, id est, ut sub prima nascentis pestis incunabula in remotissimas saluberrimi aëris spiraminibus obvias te sedes conferas, & hoc citò, id est, sine ulla moræ dilatione, ne aëris miasmatis jam infectus, unà tecum ea portes in tui tuorumque ruinam; tardè quoque revertaris, ne liberiori salubriorique aura assuetus, dum citius reverteris, polluti aëris reliquias reperias; & hoc pacto qui pestem fugeras, eam tandem redux incurras. Quoniam verò non unicuique extra urbem excedendi licentia data est, nec expedit, ut Magistratus relictis in tanta necessitate constitutis subditis fuga sibi cum maximo Reipublicæ detrimento consulant; quibus hi sese conservare possint aut debeant, jam paucis dicendum pro mea Sparta existimavi.

Dixi supra, præservativa duplici ratione assumi posse, ad extra appli-

applicatione facta, & deinde ad intra. Utraque paucis expediam, Et prima quidem aëris extrinseci, altera intrinseci emendationem spectant.

Si itaque effugiendi locus non datur, undique & undique saviente peste; primò de habitatione ampla, amœna, puraque, quæ sit in loco alto, & ventorum septentrionalium flatibus exposito cogitandum est; sitque locus remotus ab omnibus sordium, latrinarum, cloacarumque quisquiliis, & sordidis coriariorum, saponariorum, lanionum, & salsamentariorum officinis: dici enim vix potest, quam facile pestifera infecti aëris miasmata hisce sese insinuant; Deinde ad aëris emendationem accedat. Observatâ semper temporis conditione, & siquidem verno tempore in hoc te necessitatis articulo repereris: optimum erit domum totam salvia, lentisco, vitium surculis, myrto, santalo albo, aliisque calidioris qualitatibus lignis suffire. Idem de æstivo tempore dicendum est; hyberno tempore, per cuncta domus cubicula ex foliis & lignis lauri, aurantiorum corticibusque limoniorum, odoriferarumque rerum, uti cypresso, cinnamomo, junipero, rosmarino, lavendula aliisque aromaticis flamma fiat, foco luculento semper in patentibus locis accenso; præterea etiam fumus ex Benzoino, styrace, laudano, thymiamate, ambra, moscho aliisque odoriferis calidis excitandus est. Præ cæteris verò præstantissimum emendandi aëris remedium, experientia docuit id, quod sequitur.

Fiat ex floribus sulphuris, Benzoini, myrrha, caryophyllis, pari ex singulis quantitate, pulvis subtilissimus; quem cum substantia, baccarum Juniperi per ebullitionem extracta, subactum in trochiscos formabis; eoque carbonibus injecto fumum excitabis; omnibus aëris quisquiliis dispellendis oppidò aptum, purgandoque aëri si quid aliud oportunitum. Si quis forsitan hoc loco miretur sulphur nos hisce miscuisse, & odore tetram, & omnibus ob mephytimum execrabile, is in memoriam revocet, quæ supra de sulphure ab Hippocrate adhibito diximus: reperietque odorifera & aromatica etiam si aëri occluso emanando plurimum conducant, ad pestis tamen eluvium minime specificum & appropriatum remedium esse; neque enim hic de quo libet fœtore dispellendo agimus, sed de virulento pestis effluvio propulsando; quod quidem fieri non potest, nisi per vaporem vaporum pestifero totius naturæ substantiâ contrarium, cujusmodi sulphur est, quod

*Præservati-
vum aliud.*

*Aëris emon-
dandi ratio.*

Sulphuris Sic.

innata

innata sibi virtute instar ignis omnem humiditatis nidorem, cui pestiferum venenum tanquam subiecto suo proprio infidet, perimit; omnem quoque corruptionem ex pestis miasmatis aëri proveniente deffruit non tam virtute caloris sibi innati, quam acido quodam Spiritu, quem exhalat, in aërem diffuso, &c. quo proprie pestis inquinamenta conficiuntur. Si verò quispiam fœtoris ingentis molestiam formidet, is norit, ipsum, positis à nobis supra speciebus, ita emendari, ut suppressâ omni mephyti, non salutiferum duntaxat, sed & per acceptum odorem omnibus exhibeat. Alterum aëri emendando remedium, acetum est, quo nihil, meo iudicio, pestiferi halitus in aëre existentis virulentiam citius consumit: habet enim acetum ne-

Aceti Sibi

scio quid acrimoniæ & frigiditatis ab elementari distinctum, quo fœturam pestiferam aëri insinuatam è vestigio conficit; & tantò quidem hoc acetum erit ad id præstandum oportunius, quantò nonnullis aliis rebus, quæ pesti contrariantur huic commistis fuerit magis appropriatum. Romana peste, dum hæc scribo, dominante istiusmodi remedium confectum fuit; & quotquot illo usi fuerunt (siquidem compluribus externis tenuioris substantiæ id communicatum fuit) ii nullum, etiamsi cum peste correptis intra eadem ædium gurgustia unâ commemorarentur, eorumque curam haberent, peste infestatum fuisse, fassi sunt. Componitur autem ex speciebus domesticis obviis, uti sunt, acetum exquisitissimum, Ruta, pimpinella, betonica, nuces juglandes, allium, baccæ juniperi; quibus additur, si suppetat, paululum Camphoræ, si non suppetat paululum spodii cervini; quæ per infusionem in aceto 40. horarum spacio digerantur ad solem, vel intra hypocaustum. Deinde percolatum reponitur ad usum; cuius matutino tempore stomacho jejuno assumatur tantum, quantum Cochlear tenere potest; & habebis antidotum pro eo die certissimum & securissimum; Nec te terreat ingrati saporis acrimonia, sciasque tantò esse huiusmodi antidota pesti magis contraria, quantò ingratoris fuerint saporis, cum omnia dicta ingredientia nescio qua occulta antipathia pesti, cæterisque venenosis aëris infectionibus contrariantur; neque solum ad intra susceptione confertur, sed & odore, naribus, temporibus, pulsum locis illita mirum in modum conducunt. Sed mos hoc tempore apud multos ita invaluit; ut nisi antidotum ex innumeris aromaticis, bezoarticis, pre-

Medium domesticum.

R

ciosis-

ciosissimisq̄ve speciebus conficiatur, nullum cæteroquin vigorem habere sibi persvadeant: q̄vi meo sensu, ingens error est. Neq̄ve enim aromatica aut bezoartica ullam ad pestem profligandam specificam vim habent; sed illa solum ad cordis robur firmandum, hæc ad malignos humores in corpore latentes & pesti cognatione affines per sudores dispellendos valent; quæ tamen peste interiora jam possidente nihil prosunt: acetum verò, ruta, pimpinella & supra jam adductæ species nescio, quid cum peste dissidii habent; & vim præcipuam miramq̄ ad malum istud exterminandum; & uti divina providentia deesse non solet in necessariis; ita ad tam atroci hosti resistendum, nullius non conditionis hominibus pauperi, diviti, nobili, ignobili, principi, subdito parabilia quoq̄; medicamenta esse voluit, eaq̄; passim obvia ad humanæ infirmitati in tanta necessitate constituta citius subveniendum. Agnovit id Mithridates, q̄vi in testamento suo reliquisse fertur, quatuor pesti propulsandæ oportuna; quæ sunt, ruta, allium, nuces juglandes, & pimpinella aceto macerata. Verùm ne in alienam messem falcem ulterius immittam, hæc cesso. Qui plura desiderabit, is Medicos Authores, quorum innumerabilis multitudo de hoc argumento fusè egit, consulat, ubi de iis quæ ad prophylacticam, tum ad therapeuticam doctrinam publicamq̄ve pestis tempore rerum agendarum administrationem pertinent, copioso præscriptionum apparatu actum reperiet.

CONCLUSIO OPERIS.

HAbes hîc Lector, meum de pestis natura, proprietate, causis, occultisq̄ve effectibus judicium; habes meam de vera pestis, tum prophylaxi, tum therapeutici sententiam, rationem, & methodum. Quæ tamen uti sunt humanæ necessitatis subsidia, arte & experientia comprobata, ita nihil conducere possunt, nisi diviniæ pietatis & misericordiæ adminiculo fulciantur. Quemadmodum

*Providentia
Dei.*

*Nihil prosunt
omnia sine
Dei gratia.*

modum enim pestis, inter omnia, quibus humanum genus miserè divexatur, mala, longè maximum atrocissimumque est, verum Dei percutientis flagellum, ob peccatorum enormitatem hominibus per mortis angelum inflictum; sic quoque hoc tam funesto tempore, ubi non, nisi plurima mortis imago magnam hominum portionem ad ipsas usque mortis angustias adigit; ante omnia ad divinæ misericordiæ tribunal recurrendum, relictisque anteactæ vitæ sordibus, per veræ poenitentiae, pietatis & misericordiæ opera, conceptus divinæ justitiæ rigor placandus. Quod fiet, si in mortem & vitam ex æquo parati, divinæ nos voluntati summa constantia & fortitudine resignemus, ac fiducia pleni humilique contriti cordis effusione, animas nostras, ante misericordiæ fontem explicemus; hoc unicum à Deo Opt. Max. contendentes, ut si superstites futuri simus, vitam Deo acceptam imposterum agamus; si morituri, ut deletis per immisissæ castigationis medelam peccatis, tandem ei reddamur, de quo Apostolus; *Mibi vivere Christus est, mori autem lucrum.* Quod nobis omnibus concedat misericordissimus
DEUS &c.

CHRONOLOGIA

Pestium magis insignium celebriorumque

Quæ

Post Diluvium ad præsentem usque annum Orbem terrarum infectarunt, ex plurimis quæ sacris, quæ prophanis Authoribus concinnata.

AD LECTOREM.

ΠΡΟΟΙΜΑΤΙΟΝ.



AD complurium preces Chronologiam hanc, in quæ memorabilem tantum, Historicorumque monumentis celebriorum pestium Catastrophæ describuntur, tum ad eruditionis augmentum, tum ad instructionem Lectoris, annectendam duxi. Et quoniam nullo non tempore pestis Mundum infestare consuevit, neque annus ferè ullus elabitur, quò non alicubi terrarum suas pestilentia funestas explicet merces; Hinc ne Chronologiam immensa, quæ per universum terrarum Orbem accidunt, pestiferorum eventuum congerie referciremus, eas tantum, quas invenimus celebriores, & à gravissimis Authoribus summo studio observatas, juxta locorum temporumque conditionem exhibebimus, iis, quæ particularibus locis, ac provinciis, & præterlapsis temporibus acciderunt, & in hunc usque diem accidunt, cum earum non sit numerus, consilio intermissis. Discet ex his Lector, quantum, quamque diro flagello Deus Opt. Max. iniquitates & delicta Mortalium per omnes seculorum ordines & punierit, & in hunc usque diem punire non desinat. Vale & fave:

ANNI

E

bus attri
nullo un
nimentia
vetustas
& Aaron
deserto, n
docti die
religioni
plagasq
rant, ita
tuebant
jam ad e
bent, de

Pri
brisilla i
quam ne
in dimitt
tanquam
frennis &
& asinos
mox con
era vesic
genitoru
nus omne
in solio ef
& primog
Habemu

Conti
tentione
cap. 5.
im est eos

ANNI POST DILUVIUM.

ET si de peste aliqua celebriori post diluuium usque Moysen, *Ab orbe com-
ditto 1656.*
magnum sit apud Historicos silentium; verisimile tamen est, & ante & post diluuium humano genere in immensam multitudinem propagato, summisque belli, famisque calamitatibus attrito veluti prodromis quibusdam, consequentes pestilentias nullo unquam tempore defuisse, quas tamen, ne ab Authoribus monumentis suis consignarentur, ætatum nobis temporumque inaccessa vetustas invidit; conijcere id licet ex illo Exod. 5. dum enim Moyses & Aaron ad Pharaonem clamant: *Dimittite populum, ut sacrificet in deserto, ne forte nobis accidat pestis & gladius;* hoc utique experientiam docti dicebant; sicuti enim ex Deo debita sacrificiorum oblatione, religionisque cultu intermisso, in similes, Deo vindice, pœnas plagasque præteritorum temporum mortales quandoque inciderant, ita & se, si Deo vocanti non obedirent, easdem incururos metuebant, gladium videlicet & pestem. Sed hisce indigitatis tantum, jam ad eas pestes autoritate fultas, quas sacra nobis oracula exhibent, describendas procedamus.

Prima pestilentia Orbi, per sacras literas contestata, fuit celebris illa in Ægypto, tum iumentorum, tum primigenitorum mors, quam nobis exhibet *cap. 9. vers. 3.* Exodi; quamque Deus Pharaoni in dimittendo populo Israëlítico obstinatori, efficacissimis verbis tanquam malorum omnium maximum intentat his verbis: *Quod si renuis & retines eos, ecce manus mea erit supra agros tuos, & supra equos & asinos & camelos, & oves & boves, pestis gravis valde.* Hanc verò mox consecutam, *cap. 9. vers. 13.* narratur his verbis: *Factaq; sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus & iumentis, mox secuta primogenitorum pestis seuerissima.* Nam uti habetur *cap. 12.* Percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, quib in solio ejus sedebat, usque ad primogenitum captive, que erat in carcere, & primogenitum iumentorum; neq; erat domus, in qua non erat mortuus. Habemus hic prima pestis à deo Ægyptiis immissa præludia.

Contigit inter Philistæos Azotios horrenda illa pestis; ob Arcæ de-
tentionem, à DEO hostibus immissa; de qua ita Sacer Textus Reg. i.
cap. 5. *Aggravata autem est manus Domini super Azotios, & demolitum est eos, & percussit in secretiori parte natium Azotios & fines ejus;*

Anni post diluuium 827. sub Moysa.

Post Diluuium 1103. sub Samuele Propheta.

ebullierunt villa & agri in medio Regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magna in Civitate.

Post Dilu-
um 1182. sub
Davide.

Hanc secuta pestis altera tempore Davidis, à Deo illi ob inconstantiam populum Dei numerantis temeritatem immissa, quæ lib. 2. Reg. cap. 24. hisce verbis describitur: *Immisitq; Dominus pestilentiam in Israel, de mane usq; ad tempus constitutum & mortui sunt ex populo à Dan usq; Bersabee Septuaginta millia virorum; cumq; extendisset Angelus Domini manum suam super Jerusalem, ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem populi, & ait Angelo percutienti, sufficit; nunc contine manum tuam.* Atq; hæ sunt tres pestilentia: Ægyptiaca, Azotio philistæa & davidica, quas nobis exhibent divinarum literarum oracula. Fuisse tamen aliis quoq; hisce intermediis temporibus postea tum in terram Israel tum in alias Orbis partes, ob frequentes bellorum, famisq; ærumnas introductam, constat ex lib. *Levit. 26. Numeror. 14. Deut. 28.* & ex Prophetis *Jeremiæ cap. 21. 29. 31. Ezech. 5. 7. 12. 14.* Ubi Deus per Prophetas mortalibus, nisi resipuerint, sterilitatem, famem, pestem, gladium horrendis verbis minatur, quam & populo durioris cervicis, ob neglectas à Deo intentatas minas obtigisse, haud vero absimile est.

Vidimus pestilentias è sacris literis erutas; jam quanam calamitates ex peste temporibus posteris consecutæ, reliquis gentibus obtigerint, videamus.

Post dilu-
um 787.

Narrat Plato & ex eo Eusebius, tempore Cecropis primi Regis Atheniensium, ingentem pestem exhaustisse penè Ægypti & Æthiopiæ Urbes, quam præcesserat diluvium Deucalionis in Attica,

1025.

Ingens in Italia pestis invasit Pelasgos, & Aborigenes, quam Dionysius Halicar, & ex eo Eusebius fusè describunt.

1159.

Pestis invasit totam Græciam, Thraciam, Cretam, Herodotus author est; contigit illa sub Acrisio ultimo Argivorum Rege; quæ Archinautæ suam ordiebantur expeditionem.

1254.

Post Trojæ excidium pestis totam infestavit Græciam, & vicinas Asiæ regiones Hesiodus author est, & Herodotus in vita Homeri, ex occasione belli Trojani natam refert.

Ab excidio Trojæ usque ad Olympiadum principium anni 407. & inde ad Palilia, sive Romam conditam 432, anni computantur. Ita ut Roma condita sit. 7. Olympiade.

INITIUM OLYMPIADUM.

Anno post Diluvium 1571.

Olym-
piades. Ab urbe con-
dita.

ANte & post Olympiadum initium Græcia varias calamitates à pestis truculentia perpeffa est. *Herodotus, Eusebius.*

Roma condita à Romulo, quo regnante, gravis novam à se conditam Urbem invasit pestis; Oraculum consultum respondit, non cessaturam, nisi Tatii Regis Sabinorum occisores debito supplicio afficerentur; *vide Livium dec. 1.*

Sub Tullio Hostilio Rege III. Rom. pestem Romæ faventem præcesserat in Albano monte pluvia lapidum. Oraculum consultum Novem dialia instituenda præscripsit, quod factum fuit.

Pestem ingentem excitatam Turii & Metaponti, curatam fuisse à Pythagora; Jamblichus & Philostratus referunt.

Sub Amasi Rege Ægypti diram pestem exortam Cæl. Rhod. narrat lib. 24. cap. 22. præcesserat eam aer adeo spissus, ut tenebræ Ægyptiacæ innovatæ viderentur; & quoniam difficultate spirandi laborabant, è lectulis se proripientes corpora resina suffebant, ut sic aërem expurgarent disgregatione, & innatum spiritum aliquo modo tabescentem odoris vehementia instaurarent.

Veturio Gemino, & Æbutio Helua Coss. magna Urbem invasit pestilentia, ingenti hominum animaliumque interitu; nata erat ex colluvie mislorum metu populationis omnis generis animalium, quæ intra arcta tecta conclusa, ex foetore insolito & pœdore, astu solis maximo interveniente, & aërem & homines infecerunt, cum summo Reipublicæ detrimento; Hænicis Voscisque, dum Urbem strictè obsident, luem serpentem insuper augentibus. *Livius cit. loco.*

Pestis Xerxis in Græciam moventis exercitum innúmerabili hominum multitudine constatum extinxit. Hippocrates à Xerxe vocatus, ad tantæ calamitati succurrendam eam, qua pollebat medicæ artis peritiâ; negavit se subvenire posse illis, quos Patriæ exitium moliri nosset. *Herodot.*

Hoc

15.

7. 1.

84.

27.

213.

68.

226

69.

254.

70.

278.

80.

, & fæ

incon-

b. 2. Reg.

in Isra-

Dan usq,

Domini

minis su-

vine ma-

hilistæa

a. Fuisse

terram

misque

ut. 28. &

per Pro-

pestem,

servicis,

nile est.

calami-

us ob-

i Regis

Æthio-

, quam

odotus

ge; que

& vici-

Home-

ni 407.

tantur.

INI.

Ab Urbe con-
dita.

284.

Olym-
pim-
des.
79.

Hoc anno, omnium penè Medicorum Historicorumque veterum monumentis celeberrima illa pestis Atheniensis, sub initium belli Peloponesiacci contigit, quam Thucydides istorum temporum *σύγχρονον* summo sanè studio descripsit; nec non Hippocrates & ipse Thucydidi contemporaneus in Epidemicis suis, in ejus natura investiganda egregiam operam, prestitit; quam Lucretius scite & eleganter in Libro de natura rerum descripsit. Nata fuit partim ex bello Athenienses inter & Lacedæmonios intercedente, ut Thucydides vult; partim ex peste in Ægypto & Æthiopia tunc sæviante per ventos in Græciam translata, uti vult Hippocrates, quam denique Joannes Nardius Commentariis in Lucretium doctè sanè & subtiliter exposuit; ad quos Lectorem remittimus; nullam enim hâc majori symptomatum varietate correptos exagitasse, recensiti Authores dicunt.

L. Ebutio. P. Servilio COSS. Urbem invasit pestilentia cum ingenti hominum strage.

294

290.

P. Curiatio. & Sex. Quintilio COSS. nova pestis adorta Romam, eam & hominibus & pecoribus exhausta; Urbs assiduè vacuata funeribus, multis iisque clarissimis domibus extinctis luxit. Mortui inter alios, Flamen Quirinalis, Servius Cornelius Augur. C. Horatius Pulvillus, Consul Quintilius. Quatuor Tribuni plebis, *Livius*.

306.

342.

C. Julio & Lucio Virginio COSS. alia pestis invasit Urbem, quæ (verba sunt Livii) tantum metu vastitatis fecit; ut non modò prædandi causa quispiam ex Agro Romano non exiret, sed terrore percitus quisque suæ vitæ salutique tantummodò intentus, sese intra privatos parietes contineret, non obstante Fidenatum obsidione, quâ Urbem cinxerant. *Livius* dec. 4. lib. 4.

380.

401.

Cn. Genutio & L. Attilio COSS. tristem hyemem sine tamen intemperie Cœli, subitanea mutatione in contrarium facta sine aliqua apparente causa, gravis pestilensque omnibus & hominibus & animalibus ætas excepit, cujus insanabili pernicie, quando nec causa, nec finis inveniebatur. Libri Sibyllini ex Senatus Consulto superstitione solita aperti; ut quid faciendum cognosceretur. *Livius*. L. Va-

es int
toris
cepitpentim
perstit
mo ejM
tia Ur
cem vi

Livius

C

pleros
tria M

um pr

delatis

gassen

ipsa fr

lociab

lib. 3.

F

tum g

pluvii

Appii

Confu

is que

C

bus læ

mili,

pius, s

Livius

I

vissim

cis gra

L. Valerio IV. A. Majo III. Coss. pestis exorta, uti Augu- *Olym-* *Ab urbe curia*
 es interpretabantur, ex eo, quod Capitolium sanguine Serva- *piades.* *disa.*
 toris violatum esset; hanc insequenti anno crudele bellum ex- *107.* *402.]*
 cepit *Livius.*

Cn. Genutio' & Æmilio Mamerte II. Consulibus, ex re- *111.* *420.]*
 pentina, uti Livius recitat, exorta pestis causam dedit notæ su-
 perstitutionis de clavo lateri ædis Jovis infigendo, L. Manlio pri-
 mo ejus ritus Authore.

M. Valerio Corvino. M. Popilio Lena IV. Coss. pestilen- *121.* *460.*
 tia Urbem adorta fuit, de qua Libri Sybillini Consulti à De-
 cem viris, eorumque monitu Lectisternium constitutum fuit.
Livius.

Q. Fabio Maximo Ædile Curruli Urbs peste infestata *126.* *480.*
 plerosque Proceres absumpsit, quam Romanæ Pharmaceu-
 triæ Matronæ non ignobiles, in nonnullorum Procerum odi-
 um procurarant, quibus per ancillam quæpiam ad Senatum
 delatis, dum medicamenta, quæ coxerant, pestifera esse ne-
 gassent, coactæ potu eorum periculum facere, mox suamet
 ipsæ fraude omnes interierunt; deinde comprehensis sceleris
 fociabus, ex iis ad 170, morti traditæ sunt. *Livius dec. 1.*
lib. 3.

Appio Claudio & L. Volumnio Coss. Felicem rerum sta- *129.* *492.*
 tum gravissima lues excepit, præviis frequentibus tota hyeme
 pluviis; æstas verò fulminibus truculenta plerosque ex exercitu
 Appii fulmine percussos consumpsit; frustra libris Sybillinis
 Consultis, ex more gentilium *Livius.*

Grassata fuit, & hoc anno pestis in Ægypto, Lybia; ali-
 isque vicinis locis. *Dionys. Halicar.*

Quinto Fabio & Junio Bruto Scæva Coss. dum multis re- *135.* *514.*
 bus lætus ageretur annus, pestis subsecuta clade portento si-
 mili, & Urbem & agros vastavit. Cujus occasione Æscula-
 pius, serpens inquam, ab Epidaurio impio cultu accersitus est.
Livius.

Dum Marcellus consul, Syracusas obsidebat, pestis sæ- *141.* *539.*
 vissima Castra Romana invasit; quæ tempore Autumni è lo-
 cis graviore halitu perniciosus emerfit tum intra, tum extra
 Urbem,

Ab Urbe con-
dita.

Olym-
pria-
ues.

Urbe[m]; accedente intolerabili aestuantis. Solis violentiâ, quâ pleriq[ue], verba sunt Livii, tum temporis tum loci vitio agri erant & moriebantur; postea curatio ipsa contactusq[ue] agrorum vulgabat morbos, ut aut neg[er] e[ss]et desertiq[ue], qui incidissent, morerentur, aut assidentes curantesq[ue] eadem vi morbi oppletos secum traherent, quotidia[n]aq[ue] funera, & mors ob omnium oculos esset, & undiq[ue] dies noctesq[ue] ploratus audirentur; postremò ita assuetudine mali effraverant animos, ut non modò non lachrymis justoq[ue] comploratu pròsequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent, jacerentq[ue] strata exanima corpora in conspectu mox similem, quoq[ue] mortem exspectantium, mortuiq[ue] agros, agri validos tum metu, tum labe ac pestifero odore corpora conficerent; huic calamitati parem habebat Carthaginensium exercitus exitum. *Livius lib. 5. dec. 11.*

176.

150.

Q. Fulvio, Appio Claudio Coss. P. Cornelio Sulla Præ-
tore, haud infrequentia prodigia sæva secuta fuit pestilentia; ludi ejus causa Appollinæ per Licinium Varum Præto-
rem institutos. *Livius tradit lib. 7. dec. 11.*

608.

158.

P. Licinio Consule exercitum Romanum denuò pestis
adorta fuit. Ex Oraculi præscripto Matrem Pestinunciam
Romam adjectam refert. *T. Livius lib. 9. dec. 3.*

628.

163.

M. Plauto Hypsæo & M. Fulvio Flacco Coss. Africam
inaudita ferè omnibus seculis pestis invasit; nam cum per to-
tam Africam immensa locustarum examina confluisent,
frugibusq[ue], quin & foliis, corticibusq[ue] arborum, omni-
busq[ue] herbis consumptis, vento abreptæ repentino, atq[ue] in
globos coactæ, portatæq[ue] diu per aërem, Africano tandem
in Pelago submersæ sunt; hæ verò denuò ad littora appulsæ,
teterrimum atq[ue] prorsus abominabilem fœtorem, tabidâ &
putrefactâ suâ congerie causarunt; unde omnium pariter ani-
malium pestilentia consecuta fuit, tum vel maximè avium,
pecudum, ac bestiarum corruptione aëris dissolutarum, pu-
trefactis cadaveribus vitium corruptionis mirum in modum
augmentibus. In sola Numidia octingenta hominum millia;
circa oram verò maritimam Carthagini & Uticæ vicinam
plus-

plusq[ue]
extin-
bus
Diod.

ennal-
cio; a-
broru-
eadem
gente

Rom-
sum
Orof.

pestis
cudib[us]
vitali-
nus n

te pr-
rand-
dom-
hare
lib. 4

Orbi-
dixi-
321. i-
stis l-
sequ-
634-
gust-
da fo-
qui-
Thu-
por-

plusquam 20000. perierunt. Uticæ triginta millia militum
 extincta dicuntur, ac quotidie per unam portam ex juniori-
 bus plusquam 1500. mortuos elatos fuisse narratur. *Oros. lib. 5.*
Diod. Siculus.

T. Minutio. Cl. Calpurnio Coss. Italiam Urbemque tri-
 ennalis invasit pestis, quam ortam fuisse opinantur ex venefi-
 cio; ad quam sedandam solita superstitione ex præscripto Li-
 brorum Sibyllinorum Æsculapio vota facta fuerunt. Hæc
 eadem & Africam & universam ferè Europam pervagata in-
 gentem Mortalium stragem edidit; *Ita Epitomator Livii.*

Contigerunt & aliæ pestes memorandæ sub Consulibus
 Romanis: cujusmodi illa erat sub Ionilco Rege Carthaginen-
 sium, quâ sæviente totus in Sicilia exercitus absumentus fuit.
Oros.

Fabio quoque Gurgite, & C. Cornelio Clepsina Coss.
 pestis in Urbe sævit omnibus, sed potissimum mulieribus pe-
 cudibusque infesta; enectis in utero foetibus tantâ strage, ut
 vitalis partus lætus legitimo ordine adempto, humanum ge-
 nus mox defecturum videretur. *Oros. lib. 4.*

Mummio item Consule Androgyni monstrosâ nativita-
 te præcedente, Urbem pestis adorta fuit tanta, ut Ministri cu-
 randis funeribus non sufficerent, deinde non essent; magna
 domus vacuæ vivis, plenæ mortis remanserint, largissimæ
 hæreditates relictæ, sed nulli tantarum opum hæredes. *Oros.*
lib. 4.

Fuerunt & aliæ pestes tum Romæ, tum aliis in partibus
 Orbis, sub diversis Consulibus exortæ, quas hic apponendas
 duxi. Anno Urbis conditæ 282. 304. in Syria. 337. in Græcia.
 321. in Æthiopia, Græcia. 317. Incendium Æthnæ, ingens pe-
 stis secuta. 333. 337. in Italia. 446. in Macedonia. 446. 455. &
 sequentibus partim Romæ, partim in Tuscia & vicinis locis.
 634. Androgynus natus Romæ pestis prænunciatus 732. sub Au-
 gusto Romæ; quarum accidentia, damna, causæ si describen-
 da forent, consilium novi operis suscipere oporteret. Quare
 qui majorem de his instructionem desiderat, is adeat Livium,
 Thucididem, Halicarnas. *Oros.* aliosque vicinorum tem-
 porum Scriptores.

Olym-
piades.Ab Urbe con-
dita.

641.

167.

Ab Urbe
condita.

Olym-
piades.

Habes Lector paucis descriptas eas pestes, quæ ab initio Olympiadum sive conditæ Urbis ad Imperium Augusti in Orbe contigerunt: nunc ad Historiam Ecclesiasticam procedamus; ex qua, quanta hæc dira lucis damna Mundo intuleris, facile cognosces.

Anni à Christo nato.

Anno Christi

80.

92.

170.

Sub Cleto Papa, Tito Vespasiano Imperatore, peste infestante Urbem quotidiè decem millia cadaverum efferebantur. Eusebius Ann. 92. Pestis Ephesi à Dæmone sub forma piscatoris disseminata, quem cum Apollonius lapidari iussisset, pestis cessasse dicitur. *Herostratus in vita Apollonis.*

Sub Aniceto Pontifice, & M. Aurelio, & Lucio Vero Imperatore; lucis magna, inquit Eusebius, Provincias occupavit, Romam magna ex parte vexavit, tempore expeditionis Marcomannicæ à M. Aurelio susceptæ. Exorta dicitur in Babylonia primùm, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, in quam milites fortè inciderant, spiritus pestilens evadens, inde Parthos, Orbemque complevit à Lucio Imperatore in eas omnes Provincias delata, per quas rediit, Romam usque: Galenus eandem appellat maximam ac similem Atheniensi, quam descripsit Thucydides, quando & ipse Galenus Romæ agens, ejus vitandæ causa in patriam rediit; ad eò enim sæviit, ut cum depasta esset innumeram Romanorum multitudinem, ad bellum Marcomannicum oportuerit servos, & gladiatores, & latrones: aliosque præterusum armare. Divinitus ob Christianorum sanguinem à Tyrannis effusum immissa traditur; quâ tamen tantum abest, ut Gentiles moverentur, ut potius sævius crudeliusque in Christianos, utpotè quos omnium malorum causas esse dicerent, insurrexerint. Quam ob causam, illatam Christianis calumniam Tertullianus Arnobius, Cyprianus, Orosius, Augustinus eluendam susceperunt.

189.

Sub Eleutherio Pontifice, & Commodò Imperatore, postquam fulmen in Capitolium incidisset, & ingenti incendio Bibliothecam, & vicinas adas concremasset, magnam pestilentiam subsecutam esse, eaque tum universam Italiam, tum maximè Romam fuisse afflictatam, ad eò ut duo millia mortuorum corpora quotidiè efferentur. *Dionysius Halicar.* Sub

Sub Cornelio Papa, & Gallo & Volufiano Imperatoribus, inva-
 luit immanis illa lues, quæ universam ferè confecit Urbem, omnium
 tam sacrorum, quàm prophanorum Scriptorum libris celeberrima:
 exortam primùm ferunt in Æthiopia, ac in universum Orbem pro-
 gressam vix intra decennium quieviffe tradunt, nullamq; teste Oro-
 sio, ferè Provinciam Romanam, nullam Civitatem, nullam domum
 fuisse, quæ non illa correpta atq; vastata fuerit. Sanctus Gregorius
 Nyffenus in Vita Gregorii Thaumaturgi, eam in Neocæsarenfes per
 Dæmonem introductâ dicit: cum enim Theatricis ludis intenti, locum
 capiendis hominibus dolerent non sufficere, Jovem ipsum inclamare
 ausi sunt, his verbis: Jupiter fac nobis locum; unde confestim plau-
 sibus & ludis in luctus & calamitates conversis, morbus ignis instar
 ita illos depastus est, ut superstites sepeliendis mortuis non sufficerent,
 cognitâ tandem magno suo bono, vindice DEI dextrâ, dum ad San-
 ctum Gregorium Thaumaturgum accurrunt, ejus precibus liberati
 unâ omnes Christo nomen dederunt. Hæc eadem pestis dum in
 Africa grassaretur, occasionem dedit S. Cypriano Librum illum in-
 signem de mortalitate ad tantâ calamitatis solatium conscribendi.

255.

263.

Sub Dionysio Papa, & Gallieno Imperatore, Romanus Orbis
 peste, famâ, bello, terræ motibus, aliisq; cladibus dirissimè vexatus
 fuit, teste Pollione & Trebellio, Alexandriam pariter hoc anno cum
 dirissima lue conflictatam Eusebius testatur, quæ ob fusi sanguinis
 Christianorum immanitatem immisâ divinitus creditur. In ea mi-
 rificè Christianorum in Gentiles malo infectos indefessa charitatis
 officia eluxerunt. Vide Dionysium Alexandrinum. Secutæ sunt an-
 nis 312. 377. 446. aliæ pestes diversis provinciis dominatæ.

Sub Leone Papa, & Marciano Imperatore tanta imbrum pau-
 citas in Asia Minori fuit, ut homines, ob sterilitatem inductam, re-
 rum necessariarum penuriâ coacti putrida quævis ad victum assume-
 rent; quam humorum ex depravato victu intemperies; & hanc pestis
 atrocissima consecuta magnam stragem edidit; siquidem homines
 intumescens corporibus mox oculis lue infestatis, cæcitatem in-
 currebant; tussi verò accedente, tertiâ die periebant. Palæstinam
 quoque eadem lues pervagata fuit, & Boreales oras teste Euagrio,
 potissimum Fabianas (quæ est Vienna Austriæ) afflixit, à qua precibus
 S. Severini liberatæ dicuntur.

454.

484. Sub Felice Papa, & Zenone, Imperatore post famem incredibilem, secuta est pestis sævissima, quæ in ultionem offensæ divinitatis totam Africam unâ depopulatione vastavit; quæ & infectus confectusque crudelissimus Tyrannus, Hunericus phthiriasi pestiferâ periit. Divinitus immissa traditur ob Wandalorum, Arrianorumque in Catholicos sævissimam persecutionem, ita Gregor. Turon. Annis 496. 520. alia in diversis locis exorta est.

544. Sub Vigilio Papa, & Justiniano Imperatore, lues ingens in Oriente grassari cœpit, ab Ægyptiis Pelusiotis progressa: Creditur immissa per Cacodæmones humanâ specie hominibus apparentes, percutientesque, cujus multos & mirandos effectus describit Procopius. Euagrius ait, illam 52. annos durasse, & postquam totum terrarum Orbem pervagata esset, multas Civitates habitatoribus penitus orbatas reliquisset; Constantiopolim verò precibus Deiparæ ab ea lue liberatam esse; & in præstiti beneficii memoriam festum Purificationis Beatæ Virginis institutum fuisse. Gelasium verò illud idem festum in locum Lupercalium suffecisse, supracitati Authores narant.

565. Sub Joanne III. & Justiniano Imperatore vehemens & formidabilis illa pestis; quam Ingvinariam vocant, invaluit: quæ primò in Liguriâ exorta, universam vastavit Italianam, pervasitque Galliam & Germaniam, cæterasque Boreæ subjectas regiones; quam, antequam aliquem locum occuparet, præcedere solebant signacula quædam sparsa per domos, ostia, vasa, vestimenta, quæ tantò reddebantur illustriora, quantò quis majori conatu illa extegeret; cujus mirabiles effectus descripsit Paulus Diaconus in gestis Longobardorum; ejusdem meminit S. Gregorius Papa, miraque narrat de puero rustico, qui ea lue percussus; & in Cælum raptus donum accepit linguarum; qui tandem occulto Dei judicio in furorem versus, postquam manus, brachia, lacertosque dentibus laniasset, decessit. Gregor. Turon. recruduit anno 583. dicta pestis.

388. Sub Pelagio II. Tiberio II. ingens pestis Romam invasit; quæ & Pelagus consumptus fuit; Cometa prævio.

591. Sub Gregorio Magno post immensam Tyberis inundationem, & congestam putrefactorum serpentum in littora multitudinem 15. Januarii, teste Gregor. Turon. lues inguinaria Romam invasit; immissa

missa e
delabi
primò
cessit
fione
Mariæ
lata est
gnum
Molem
bolo m
tas cceli
ut vel in
cadere
tem præ
matian
tinopoi
Sub
tres cor
Paulo I
paruisse
quot ich
cujus pe
rentur.
cessatur
tare San
Paulus I
tare ver
S. Mu
cernitur
Su
perator
dabilis p
quam b
quæ Cor
ut planè
monime

missa ex irâ divinâ: Nam S. Gregorio teste visæ sunt sagittæ cœlitus delabi in homines, iique mox peste improvise percuti, quæ eadem primo S. Pelagium Papam confecit, cui cum Gregorius Magnus successisset, pestisqve modus non esset, Sanctus Pontifex mox processionem sive Litanias septiformes instituit; in qua Deiparæ Sanctæ Mariæ Majoris imago à S. Luca depicta, ad Sancti Petri Basilicam delata est, & simul ac illa Pontem ad Molem Adriani pertigit, in signum reconciliati Numinis Sanctus Gregorius Angelum supra ipsam Molem nudatum gladium in vaginam recondere vidit, eoqve Symbolo morbum cessasse, intellexit, quemadmodum eidem per sagittas cœlitus fuerat præsignificatum; tanta autem fuit atrocitas pestis, ut vel in ipsa processione multa millia hominum solâ sternutatione caderent exanimis; unde postea mos inolevit, ut sternutanti salutem precaremur. Attrivit & hæc pestis Hispaniam, Galliam, Germaniam, ita *Gregor. Turonen.* Invaluit denuò anno 640. Constantinopoli alia haud ab similibus pestilentia.

Sub Agathone Papa, & Constantino Pogonato, ingens lues per tres continuos menses Urbem, cæterasque Italiae Urbes vastavit, Paulo Diacono teste; fertur multis Romæ sub aspectabili forma apparuisse bonus & malus Angelus, qui noctu per civitatem obirent, & quot ictibus ex iussu boni Angeli malus venabulo ostium domus aliquis percuteret, tot de eadem domo die sequenti homines morerentur. Fertur, revelationem cuidam factam, pestem non prius cessaturam, quam in Basilica Sancti Petri ad vincula poneretur, Altare Sancti Sebastiani Martyris, eoqve præstito pestem mox cessasse, *Paulus Diac.* atqve hinc cultus Sancti Sebastiani tempore pestis; Altare verò in hunc usque diem integrum, unâ cum imagine dicti Sancti Musivo opere expressa, in memorata Ecclesia, prope Januam cernitur. Recruduit pestis anno 760. in toto Mundo.

Sub Zacharia Papa, & Impio Constantino Copronymo Imperatore, post ingentem aëris caliginem secutus tetraë motus formidabilis per totam Palæstinam, & Syriam; hunc pestis excepit ingens, quam buboniam dicunt, in Calabria & Sicilia primum exortam; quæ Constantinopolim adorta, ita eam per tres annos depasta est, ut planè desertam reddiderit; repletis cadaverum acervis omnibus monumentis, lacubus, vineis, hortis, ut vix locus sepeliendis mortuis



680.

746.

tuis superesset; accesit & hoc, mirum dictu, quod in luce correptorum vestimentis maculae insensibili manu impressae cernerentur, quibus cum protinus vitam finirent; nec desuere spectra & phantasmata, quibus luce tacti miserandum in modum vexabantur; ut aperte cerneretur, has à Deo clades immisas esse. Nihil tamen hisce motus impius Constantinus, jam in reprobum sensum datus. Ita Theophanes & Theodorus Studita in Oratione de S. Platone. Iterum, pestis saevit 811. in toto Mundo 829. in tota Graecia, Thracia, Bulgaria.

856. Sub Benedicto III. Papa, & Michaële III. Tyberim in immensum excrecentem Urbem vehementer afflixisse Anastasius irradit: secuta est pestilentia, quae quod fluxione guttur obstrueret, pestis faucium dicta est; cujus & meminit Joannes Diaconus. Anno dein 877. in tota Asia 892. 898. 910. Constantinopoli 937. 940. in Germania 946. in Francia. 986. in Hispania, Francia, Germania. 986. in Italia, 989. Venetiis aliae insignes strages ediderunt.

1006. Sub Joanne XIX. Papa, Basilio & Constantino Imperatoribus, ex fame valida Germaniam exhauriente pestis erupit, quae adeo Orbem terrarum concussit, ut sepelientium tadio vivi adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis; actunc maximè enituit Sancti Odilonis Cluniacensis Abbatis charitas, quem vasis sacris, omnique suppellectile aurea & argentea divenditâ, afflictis & acerbissima peste pressis subvenisse, tradit Petrus Diaconus. Postea iterum incurrit in Italia anno 1022. devastavitque 1042. Constantinopolim; 1054. Germaniam 1057. Macedoniam 1084. Europam & Asiam.

1267. Sub Alexandro III. & Friderico Barbarossa Imperatore. In exercitum Friderici ingens pestis caelitus immisa fuit; quae Episcopis, Archiepiscopis, Comites, Marchiones, Duces aliique nobiles atque ignobiles infinito numero subitaneâ morte perierunt; causam allegant sacrilegia & horrenda scelera ab exercitu, tum Urbi, tum Ecclesiis, sacrisque locis illata. Anno 1201. praevius terrae-motibus Graeciam; in Syria exercitum Balduini confecit, *Blondus, Naucerus.*

1277. Sub Honorio III. & Friderico II. Exercitus Damiatam obsidens peste extinctus fuit. Et anno 1225. Franciam invasit.

1247. Sub Innocentio IV. & Friderico II. Exercitus Gallorum in Cy-

pro,

pro, dum in Syriam tenderet, extinctus est; & alius in Ægypto Christianorum exercitus. Italia & Burgundia peste vexata.

Clemente IV. Pontifice Sanctus Ludovicus Rex Franciæ in Africam profectus unâ cum maritima classe pestilentia confectus est; deinde Sicilia præviis terræ-motibus parem pestis sævitiam experta est.

1269

Sedente Honorio III. & Rudolpho I. Imperatore Italiam pestis invasit; deinde Flandriam.

1285

Clemente V. Pontifice, Alberto Imperatore, in Anglia sæva pestis ex sulphureis exhalationibus emerfit, quæ deinde 1307. totum Orbem infecit.

1302

Sub Joanne XXII. Ludovico Bavar. pestis transiit Universam Europam. Villanius, Anno 1333. Florentia & Hetruria penè exhausta, unâ cum Germania.

1317

Clemente VI. Pontifice, & Carolo IV. Imperatore, truculentissima omnium per totum terrarum Orbem sævit pestilentia, vix tertia Mortalium parte superstita. Quæ adeò ubiqve locorum invaluit, ut unâ Deus ruinâ populos prostraturus, uti olim in Cataclysmo, videretur; nata illa primò dicitur, Joanne Villanio teste, in Asia superiore & Regno Cathay anno 1346. ex teterrimo odore cujusdam ignei corporis, quod sive è Cælo labens, sive è terrâ erumpens horribili ac terrificâ mole adeò se per circuitum extendit, ut quindecim ferè dierum itinere cuncta obvia consumpserit, animalia, domos, arbores, lapides &c. ac inde enata turpissimæ quædam bestiola pedibus & caudis refertæ, nec non & vermes & anguiculi immensâ multitudine ex aère in terram deciderint, quorum corruptio & fœtor totam infecerit regionem. Hinc pestilentia nata proxima loca invasit, deinde remotiores Urbes & provincias; atque adeò universam Asiam depopulata est: post in Ægyptum, Africam, Græciam & Italiam penetravit; hinc in Galliam, Hispaniam, Angliam commigravit; tandem Germaniam, Poloniam, omnesque Boreæ subjectas Provincias, cum innumerabili hominum ruina oppressit. In sola Florentina Urbe hac peste 60000. uti Joannes Villanius, vel ut S. Antoninus

1348

toninus memorat, 10000. hominum extincta fuisse: & tametsi vindice Dei dextrâ, tanta lues ob scelerum enormitatem inflicta fuerit, homines tamen post tantas calamitates, dum optimas hæreditates avidius adirent in pejores sceleratioresqve quàm unquam degenerârunt. Præcesserant hanc multa in Asia prodigia; voragines prodigiosæ pestiferum ventum expirantes, & alia hujusmodi. *Joannes Villanius.*

1357 Sub Innocentio VI. & Carolo IV. in Hetruria & Foro Julio invaluit pestis, præviis terræ-motibus & igneis impressionibus; & deinde 1359. in Italia & toto quasi Orbe, ingenti strage hominum. *Blondus lib. 10.*

1361 Innocentio VI. Pontifice, & Carolo IV. Imperatore, prævio Cometâ pestis recruduit toto Orbe sæviens tanta atrocitate, ut Deus, dum tot calamitatibus immisissis exerciti homines, irâ Dei non moverentur; unâ omnes denuò extingvere voluisse videretur; de qua vide Petrarcham *rer civ. lib. 3. cap. 1.* ex qua peste Avenione novem Cardinales, & 70. alios Prælatos cum populo innumerabili occubuisse tradit *Joannes Villanius.*

1369 Sub Urbano V. Carolo IV. præviis locustis Italia denuò peste infestata fuit, potissimum Mediolanum, Venetia, Genua, & deinde tota Italia sequentibus annis. *Blondus.*

1397 Sedente Bonifacio IX. Wenceslao Imperatore peste laboratum est in tota Italia, præviis terræ-motibus; & Cometa Genuensis pestilentia indice. *Blondus.* anno 1418. alia pestis exarsit in Italia sub Martino V. Papa. *Nauclero teste.* Successit 1421. pestis *Neapoli.* *Naucl. 1445.*

Sub Eugenio IV. pestis universalis per Europam, præviis terræ-motibus ex apertura Montis Salô, & prænuncio Cometa. *Naucl.*

1400 Sub Bonifacio IX. & Wenceslao Imperatore, universalis iterum pestis afflixit Mundum, & potissimum Romam anno Jubilæi, quæ magnam hominum eò religionis causa confluentium partem absumsit.

1439 Sub Eugenio IV. Pontifice, & Alberto II. pestis Basiliam invasit, eo ipso tempore, quo Concilium ibidem celebrabatur, quæ complures tum ex Patribus, tum ex aliis magni nominis Viris Concilio

assisten-

assisten
nomini
conferu
steritati

Su
fera cor
tis supe
August
pradict
to ordi

Su
Christi
maxim
rissimi.

ne per j
Se

peste cr
Su

vit, qu
ficio ce
tutis p
Genua

Su

chata e
Su

totam
hinc V

Urbes

Caroli
vando

fectis s

S
ta ad e

S
Franc
putate

affluentibus extinxit: ex quibus Æneas Sylvius, postea Pius hujus nominis II. Pontifex, correptus, divini tamen Numinis providentia conservatus, egregie ejus atrocitatem postea Libro descriptam posteritati reliquit.

Sub Nicolao V. & Friderico III. Imperatore, Italia nova pestifera contagionis lue infecta est, quæ biennium duravit, paucis est multis superstitibus; præcesserat hanc terræ-motus, & Solis Ecclipsis 29. Augusti tantarum calamitatum, uti Chronologi referunt, indices: prædicta quoque fuit per minas secutura pestis ea calamitas à Roberto ordinis S. Francisci Concionatore. 1448

Sub Pio II. & Friderico III. Imperatore. Hoc anno post festa Christi Natalitia pestis in Germania invaluit prorsus insolita, quæ maximè viri robustissimi extinguebantur, pauca mulieres, pueri rarissimi. Ea tamen brevi desit favere, piorum hominum supplicatione per jejunia & voluntariæ afflictionis opera placato Deo. 1460

Sedente Innocentio VIII. Friderico III. Imperatore Anglia peste crudelissima vexata fuit. *Nauclerum.* 1489

Sub Hadriano VI. & Carolo V. Roma peste atrocissima laboravit, quam nonnulli impio Tauri magico carmine mansuefacti sacrificio cessasse referunt, veriùs continuatis ab Optimo Pontifice institutis processionibus dextra justitiæ divinx flexa tandem cessavit, Genuam dein invasit, & alias Italiæ Urbes. 1522

Sub Paulo III. Carolo V. Constantinopoli gravissima debachata est pestis. 1548

Sub Gregorio XIII. Maximiliano Imperatore, pestis truculenta totam invasit Italiam, ex Tridentina Urbe primum Verona in illata, hinc Venetias ad 10000. hominum ibi sustulisse fertur; inde reliquas Urbes pervagata Mediolanum irrepfit, ubi cum primis enituit Sancti-Caroli Borromæi in tam miserando rerum statu quovis modo sublevando pietas & misericordia, qui ne relicto quidem sibi lectulo, ut infectis succurreret, nudâ impofterum tabulâ decumbebat. 1570

Sub Gregorio XIV. Rudolpho II. Ex fame Romæ pestis exorta ad 60000. hominum extinxit. Vide hoc anno *Spondanum.* 1591

Sedente Urbano VIII. & Ferdinando II. Imperatore, Italia & Francia ingenti peste laboravit, præsertim Lugduni & Mediolani; putatur veneficio comparata. 1630

1656

Alexandro VII. Pontifice, & Ferdinando III. Imperatore, Neapoli pestis illa omnibus seculis memoranda contigit, quæ ad trecenta millia hominum spacio quinque mensium extincta referuntur, & totum Regnum Neapolitanum usque ad ultimum exitium laboravit. Romam etiam irrepfit, sed Pontificis Sanctitatem & pietatem quasi reverita mitius egit; Genuam tandem adorta tantam hominum stragem edidit, quantam posteri peculiaribus libris descriptam mirabuntur.

Habes hic Lector coronidis locò, præcipuos pestium per Orbem terrarum eventus Chronologicâ methodo descriptos; in quæ tamen pleraque, quæ in Opere ipso, de particulari quarundam pestium natura ab Historicis singulari studio observata sunt, consultò, ne bis ea repetiisse videremur, omisimus. Vale Lector, Deum quæ ama & time, qui, cum justus sit, nullius iniquitati parcit.

F I N I S



IN.

1656
1657
1658

A

Aconiti
Adama
Adeps a
Aegilop
Aegypt
Aenea v
Aër quan
60.
9.9
mo.
feli
rat.
Aëris diz
Aerugini
Aerugo
Aestivo
Aethiopi
Africana
Alexipha
Alimenta
Alliam pe
Alœe qui
Alteratio
Alvi fluxu

INDEX
Rerum absolutissimus



A.

- A** Borigenum pestis. 134.
Abusus damnatur. 15.
Acari horribilis figura. 26. eorum ortus. 33.
Acetum vermes generat. 24. vis ejus contra pestem in Suffitu. 129
internè etiam sumti. *ibid.*
Aconiti genesis & vis. 103.
Adamas infici peste non potest. 86.
Adeps an contagii capax sit. 85.
Aegilopis effectus in corpore hum. 6.
Aegypto familiaris pestis. 7. 62. 134. 137. quidam morbi familiares. 81.
Aënea vasa nocent. 72.
Aër quando pestifer fiat & corrumpatur. 6. & seq. 8. 9. 10. 12. 14. 46. 49. 52. 59.
60. 82. dupliciter consideratur 8. 9. naturam ætheris & ignis imitatur.
9. quomodo inficiat animalia. 9. 87. 88. est vector malignitatis. 9. quomo-
modo aptum respirationis organum fiat. 9. vermibus scatet. 24. 25. in-
fectus quomodo ab Hipp. purgatus. 124. & seq. ejus emendandi alia
rat. 128. & seq.
Aëris diversitas unde 9. infecti experimenta 60. & seq.
Aeruginis vitium. 72.
Aerugo viridis noxia. 73.
Aestivo calore cur cesset pestis. 93.
Aethiopica pestis. 134.
Africana pestis 138.
Alexipharmacum in Vitrioli, Salis & Sulphuris aciditate. 63.
Alimenta nostra quomodo inficiantur. 10. 14. *vid.* Nutrimentum.
Alliam pesti resistit. 109. 129. rusticorum theriaca. *ibid.*
Alöe quid præstat contra pestem. 113.
Alterationes perpetuas molitur natura. 9.
Alvi fluxus in peste. 21. 36. *vid.* Diarrhoea.

T 3

Amu-

INDEX.

- Amuleta 99. 112. Paracelsi, dictum Zenexon. 113 117. superstitiosa vitanda 113. & seq. ex Mercurio facta, an probanda. 116. arsenicalia vetantur 116.
- Anates aquas infectas ut indicent. 51.
- Angelica egregium est antidotum. 113.
- Anglica pestis. 35. Sudor. 35. 102. 105.
- Anguis genesis. 103. 104. mira earum natura. 105.
- Animalia quomodo pestis causa 7. 14. 16. ut peste inficiantur. 14. 58. 86. subterranea quomodo pestem praesagiant. 60. quanam pestis capacia 86. & quomodo 87. 88. eorum generatio ex cadaveribus 27. ex stirpibus 28.
- Animi affectus quomodo conducant ad genesin malignitatis 73. quid possint ad morbos contrahendos. 67.
- Animi deliquium in peste. 21.
- Anthraces vid. Carbunculi. 109.
- Antidota extant tanto efficaciora, quanto malum est violentius 3. 98. appropriata non omnibus nota 98. duplicia 99. non dantur ignota pestis essentiâ. 99 100. Galenica. 108. 109. antidota pestis simplicia quanam 113. septem magnae virtutis recensentur 113. simplicia haec in salem resoluta longè sunt praestantiora. ibid. pesti appropriatum quodnam sit. ibid. metallica non sunt efficaciora juxta Autorem 117. specificum bufo praebet. 117. & seq. cur vipera praebet, & scorpius &c. 119. bufonii applicatio & preparatio. 120. & seq. ex vipera ut preparetur. 126. alia ibid. & seq. specifica sola curant pestem ibid. de singulis judicium ibid. cur tempestivè adhibenda. 127.
- Antipathia. 102. ejus exempla 115. operandi ratio 116. multum praestat in cura pestis. 126.
- Antra lethifera ut aërem inficiant. 9. 10.
- Anxietas cordis unde. 21.
- Apes ex bobus. 27.
- Apoplexia tempore pestis unde. 19.
- Apostemata in peste. 109. ut curanda. 110.
- Appetitus dejectio unde 34. cura. 125.
- Aqua intoxicata. 37. 40. quomodo pestifera evadat. 46. 49. vermibus scatur. (23. 25)
- Aquæ necessitas 37. infectæ indicia. 51.
- Araneorum examina pestem predicunt. 50.
- Aranei vespas producant 28.
- Archeus quid. 12. 65. 100.
- Aristolochia egregium est pestis antidotum 113.

Aromata

Arom
Arom
Arseni

Afa fo
Ascari
Afilus
Afpis
Astra q
on
ex
sti

Astrolo
Astroru
mo

Athenic
Athmo
pro Atrip
Auditus
Aves pest
Austral
ben
Autoris

B
Babyl
Balær
Hieron. B
Bellum L
fam
Belli cau
Betonica
Bezoardi
quan
Bilis nocu
Bizantina
Bolus Ar

INDEX.

- Aromata an contagii capacia. 86.
 Aromatica quid præsent in cura pestis. 113. 129. 130.
 Arsenicum an pesti profligande aptum remedium. 115. ejus interfectiva virulentia. 116. amuletum ex eò factum summè vitandum. *ibid.*
 Asæ fœtidæ virtus contra pestem. 125.
 Ascarides. 33.
 Asilus unde, & ejus vis. 103.
 Aspis unde & ejus vis. 103.
 Astra quomodo faciant ad pestem. 12. & quæ. 14. sunt mundana corpora 44 omnia ex 4. elementis constituuntur. *ibid.* nonnulla cur, & quanam exitiabilia. 44. 45. *vid.* Sidera, Planeta, & influxus. omnia specie distinguuntur. 44.
 Astrologorum ignorantia. 42. 43.
 Astrorum atmosphæra quid & unde. 17. influxus quomodo fiant. 44. & seq. motus circa propriam axem quid conferat. 46.
 Atheniensis pestis 35. 86. 92. 97. 136. ejus descriptio. 62.
 Atmosphæra astrorum & terræ quid. 17.
 pro Atriplice solanum perniciosè datur. 70. 71.
 Auditus dupliciter sumitur. 90. eo an pestis contrahi possit. *ibid.*
 Aves pestis capaces. 86. 87.
 Australes venti quinam mali. 59. perniciosi. 28. contagii fomentum præbent. 168. 32. 59.
 Autoris in Medicis evolvendis studium. 99.

B.

- B**abylonica pestis. 95. 96.
 Balæne pestis causa. 7.
 Hieron. Bardius Theolog. & Med. D. laudatur ab Autore. 115.
 Bellum Dei flagellum. 2. quomodo ex Cometis predicatur. 55. quomodo ad famem faciat. 15. ad pestem ut conducatur. 6.
 Belli causa ex astris quomodo. 47.
 Beticæ virtus contra pestem. 129.
 Bezoardica. 86. 99. 109. cur modo prosint, modo obsint. 112. ea etiam pestis quandoq; in sui naturam mutat. 113. quam vim habeant. 129. 130.
 Bilis nocumentum. 73.
 Bizantina pestis. 53.
 Bolus Armena mirâ contra pestem proprietate pollet. 113. 126.

Borealis

- Borealis venti salubritas 32. 63.
 pro Borragine hyoscyamus perniciosè substituitur. 70.
 Boves putrefacti in apes animantur. 27.
 Boum pestis unde 14.
 Bruchi unde 16. ex plantis 50. famis & pestis Vates 16. 50. putrefacti pestis
 causa 8.
 Bubones innumeris vermiculis referti. 83. in peste unde & ubi potissimum
 generentur. 20. 61. 62. 109. ut per Chirurghum curandi 110. eorum cura 125.
 Bubonia pestis, quotuplex & quid. 102. 122. 143.
 Buclerus bufonii antidoti Autor. 120.
 Bufonis venenum 72. in dorso puella geniti historia. 106. hoc animal est anti-
 dotum specificum contra pestem. 117. quid & ejus descriptio. ibid. ana-
 logiam cum peste habet. 118. est quadam veneni bursa. ibid. vermes ge-
 nerat in proprio suo corpore ibid. maculatus est. ibid. ejus substantia
 quanam actione curet pestem 119. antidoti exinde parati applicatio &
 preparatio. 120. & seq. ex iis sal ritè preparatum interne sumtum
 laudat Faber. 121. is quomodo mustelam trahat. ibid.
 Bufonum magnitudo pestem portendit. 50. ut & multitudo. 118.
 Butyrum an contagii capax 85.

C.

- C**adavera quomodo corrumpantur. 29. vermibus scatent 24. temerè pro-
 jecta pestem faciunt 6. 22.
 Cadaverum infectorum putredo vermium seminarium 27. 29. sepulcrorum
 vapor vitiat plantas. 59.
 Calor naturalis conservationem corporis semper intendit 73. venenum pro-
 ducere nequit. ibid.
 Caloris interni arx est humidum. 11.
 Campæ in oleis. 28.
 Camphora commendatur contra pestem. 129.
 Campsis quid. 96.
 Cancris fluviatiles ut aquas infectas indicent. 51.
 Canes an peste corripiantur. 88. pestis propagatores. 84. 86. historia. 85. tem-
 pore pestis occidendi 84. ejusdem rabidi morsus. vid. Rabidus.
 Cannabis ut pestem faciat. 8.
 Cantharides unde 59. eorum usus multum prodest in peste 108.
 Capillos albos faciendi. 124.

INDEX.

- Capitis dolor intensus in peste unde. 18. 21. 33. gravedo unde 18. doloris cura. 125.
- Carbones ex noxiis arboribus venenum continent. 73. fossiles suspecti. *ibid.*
- Carbunculi in peste unde, & ubi potissimum in corpore fiant. 20. 61. 62. 102. eorum cura. 110.
- Cardiaca. *vid.* Cordialia.
- Carnem luna rancidam & verminosam facit. 25.
- Carnes putrescentes venenum pariunt. 72.
- Carnis esus ut pestis causa. 16.
- Carolina est nobile Alexipharmacum. 113.
- Carthaginensis pestis causa. 8. 138.
- Caryophyllorum fragrantia. 92.
- Catarrhi varios morbos generant. 34.
- Cathartica *vid.* Purgantia.
- Causa non cognita effectus etiam determinari nequeunt. 54.
- Causæ cœca quid. 5. 12. naturales etiam ira divina ministrant. 3. 5.
- Causarum catena. 45.
- Cauteriorum utilitas in peste. 108. 112.
- Cenchris quid. 103.
- Cerebri ventriculos quomodo Autor distingvat. 20.
- in Cerebro humano scorpiones & cimices nati. 33.
- Chartæ pestis capaces. 124. *vid.* Litteræ.
- Chelydrus, serpentis genus. 105.
- Chiragra unde. 34.
- Chirurgus quid præstare in cura pestis debeat. 110.
- Chronologia pestium celebriorum. 132. usq. ad finem.
- Cibi omnes aliquâ putredine fiunt subinde noxii. 32. 33. quomodo inficiantur. 30. 14. 47.
- Cibus. *vid.* Nutrimentum.
- Ciconiæ ante tempus discedentes pestem prædicunt. 50. 51.
- Cicuta pro petroselino pernitiöse data. 70. sumta gravissima Symptomata concitat. 71. unde & ejus vis. *ibid.*
- Cimicum generatio. 27. 33. in cerebro humano nati. 33.
- Cincindelæ unde. 59.
- Cinnamomi fragrantia latissime sparsa. 92. ejus virtus contra pestem. 113.
- Cinyphum origo. 27. molestia. 27.

- Cæcitas in peste. 141.
 Cælestes influxus negat Helmontius 65.
 Cælestis influxus quomodo ad pestem faciat. 12. 14. eorum vires juxta
 Aristot. 44. vid. Influxus.
 Cæli differens situs morborum diversitatem facit. 101.
 Columbæ pestiferam fœturam propagant. 84. 86. tempore pestis exterminan-
 dæ. 84. 88.
 Cometes quid sit. 56. unde proflexit. 55. nisi sua vi producit. 55. quid efficiat
 in inferioribus 54. semper malum portendit. 54. quomodo generatur 54.
 Hierosolymæ ante exitium visus. 48.
 Cometæ colores variis unde 57. effectus 55.
 ex Cometarum figura & calore quid vulgus presagiat. 55.
 Complexionum cognitio ad curationum quædam utilis. 100.
 Compositio Medicamentorum. Vid. Medicamenta.
 Conchylia corrupta pestis causa. 8.
 Confortantia 18. 86. in peste III. quid præsent. III. 127. quibus conducant. III.
 Constantinopolitana pestis. 143.
 Consuetudinis vis 76.
 Contactus ut inficiat 29. 39. 82.
 Contagium quomodo fiat. 10. 29. dupliciter contingit. 86. ex putredine ca-
 daverum insectorum. 29. per remotas etiam regiones diffunditur 5. 90.
 à febribus aliis ut distingvat. 11. an absq. corruptione detur. 11.
 Contagii capacia quæenam. 82. 84. mirandi effectus. 82. Seminarium prin-
 cipale. 12. 22. 83. fomentum est Auster. 32. effectus cogniti faciles. 10.
 origo cogniti difficilis 10. an per propagationem fiat. 10. causa est put-
 refactia 10. & seq. 29. subjectum omnis res esse potest. 85. & seq. vid.
 Pests.
 Contagiosa putrefactio ut vitæ occupet. 12. 13. 20. (vid. Malignitas)
 unde 13. 47.
 Contagiosæ propagationis modus 13. 19. & seq. 22. 29. & seq.
 Contagiosi morbi processus & occulta semita. 13. 19.
 Contagiosi notio distingvitur 4. 5.
 Contrariorum perenni lucta gaudet natura. 115.
 Contrayerva quinta essentia contra pestem. 126.
 Convulsiones ab usu Mercurii. 116.
 Cor vermibus scatens. 33. cum Sole comparatur 52.

INDEX.

- Corde afflicto omnia languent. 52.
 Cordis angoris causa. 16. 21.
 Cordialia s*ed*. Cur subinde prosint, & subinde nocent. 112. aromatica que-
 nam, & quid prestent. 113.
 Cornu cervi Ustum mirum contra pestem appropriatum. 113. 126.
 Corruptio optimi pessima. 70. ex influxibus celestibus pendet juxta Aristo-
 telem. 44. sanguinis ut fiat. 10. duplex 11. 23.
 Corruptionis species putrefactio 10.
 Corvi quomodo capaces pestis. 88.
 Cossi unde. 28.
 Cretica pestis 134.
 Cruditates unde. 16.
 Cruor tartareus quid. 64.
 Cucumeres verantur. 17.
 Cucurbitulæ quid prestent. 107.
 Culitræ infectæ pestem propagant. 19. 22. vid. Linteæ.
 Culices unde. 28. 60.
 Cultri contagionis capaces. 84.
 Curatio congrua institui non potest ignota complexionem 100. 113. eam impe-
 dit stomachi nidor. 125.
 Curatio frustranea morborum unde 34. 96. 113.
 Carculio unde 28.
 Cygni aquas infectas indicant, & quomodo s*unt*.
 Cypressus pestem arceat. 124.
- D.
- D**elirium in peste unde. 20.
 Dementia in peste 20. 21.
 Diabolus pestis artifex 38. pestis seminator sub forma corporea 41. & seq
 142. scientia eius circa naturalia 38.
 Dieta quid prestat ad vitandam pestem, iii. ejus utilitas in omnibus morbis
 quanta iii. 112.
 Diaphoreticorum virtus in peste. 112. 125.
 Diarrhœa. 35. à Mercurii usu. 116.
 Dictamnus est strenuum pestis antidotum 113.
 Divinum seu τὸ θεῖον quid notet Hippocrati & Græcis Autoribus 123.
 Dolor capitis à fœtore. 18.

Dracónes pestiferi. 8. quomodo generentur. 23. ubi. 96.
 Dracunculi quid & unde. 24.
 Dysenterix ubi familiares. 4. pestilentes. 35. ex ficuum esu. 70.

E.

EBur U. specificè resistit pesti. 113.

Eclipsis quid ad pestem conferat. 51. & seq. terræ motui juncta. 53. Soli quantum detrimentum inferat. 52. 153. Solis jam maculati perniciosissima. 153.

Effluvia (vid. Exhalationes.) quid & unde. 17. animata. 22. 29.

Elephantiasis ubi familiaris. 4. quomodo contagiosa. 19.

Endemicum morbi genus. 4. 79. causa. 107.

Enula vid. Helentum.

Ephesorum pestis Dæmoniacæ. 41. 140.

Epidemici morbi. 3. horum mater pestis. 89. eorum diversitas ex diverso cœli situ. 101. causa. 103.

Epidemicum morbi genus. 4. 45.

Equi vespas & scarabæos gignunt. 27. eorum pestis unde. 14.

Erucæ unde 28. ex plantis. 50.

Ethiesiarum salubritas 63.

Exhalationes. vid. Effluvia. non sunt accidentia. 17. 18. ejusdem sunt proprietatis à quo proveniunt. ibid. quomodo diffundantur. 19. aut insciè antè 46. 47. putridæ & virulentæ. 6. 7. 8. 9. 14. 60.

Exhalationum utilitas. 9. diversitas. ibid. 101. ex mari mediterraneo Salubritas. 63.

F.

Petr. Joh. Faber laudatur. 121.

Fames flagellum Dei. 2. ad naturæ naufragia refertur. 42. sterilitatem terræ sequitur & cur. 15. 50. post bellum. 15. ejus pedissequa pestis. 6. 7. 15. 16. 31. 142. 144. Eam præcurrit insectorum multitudo. 16.

Fasciini ratio. 89.

Febres unde. 52. pestifera unde. 19. acutæ aliæ ut à peste distinguantur. 11.

Febrium causa. 34. putridarum virulentia unde. 19.

Febricitantium sang. vis verminosus. 24. 83.

Feles pestifera fetura propagatores. 84. 86. historia. 86. tempore pestis occidende. ibid.

Felis halitus noxius. 72. esus perniciosissimus. ibid. rabida venenum. ibid.

Fermen-

INDEX.

- Fermentum *ummiale*. 65. 100. 126.
 Ficus *intestinarum exulcerationem* parit. 70.
 Fixatio celebrari non potest in vegetabili *Naturâ*, sed vaporibus metallicis utendum. 117.
 Flagella Dei tria, quibus punit peccata. 2.
 Flumina quomodo causa pestis. 7.
 Fœminarum pestis. 36. 75. 139.
 Fœniculum cur noxium subinde. 70.
 Fœtoris gravitas unde. 18. 19.
 Fœtuam in uterò pestis. 139.
 Fontes intoxicantur. 38. 40.
 Fracedini potenter resistit Sulphur. 124.
 Frictionum utilitas in peste. 108.
 Frigus pesti inimicum. 32. 96.
 Fructus ut inficiantur. 10. 47. ut pestis causa. 17. 31. 70. 93. vermes generant. 17. 24. 70. tempore pestis vitandi. 31. 70. eorum esus improvisorum morborum causa. 70.
 Frumentum humane vite hypostasis. 15. ut deficiat vel degeneret. 16. producit alatos vermes. 17. & curculiones. 28. cum pluvia delapsum unde 56. ad putredinem vergens venenum gignit. 72. ut contaminetur. ibid.
 Fulicæ aquas infectas indicant. 51.
 Fulminum atrocium hist. 137.
 Fungi dicuntur viviæ toxici bursa. 17. eorum esus niciosus. 17. 59. 70 71.
 Furunculi in peste. 109. 110.

G.

- GAlena vid. ruta.
 Galenus commendatur. 107.
 Gallinæ pestis propagatrices. 84. 86. tempore pestis exterminandæ. 84. 88.
 Gangræna. 68.
 Gas fracidum quid? 64.
 Corn. Gemma laudatur. 33.
 Generatio in quo consistat. 23. 27. 28. unde pendeat juxta Aristotelicos. 44. eam sollicitè molitur natura. 28.
 Genuensis pestis. 2. 40. 148.
 Gingivarum putredo & exulceratio ab usu Mercurii. 116.
 Gith quid, & ejus malitia. 16.

INDEX.

- Gonagra unde 34.
 Græciæ pestis. 134. 135.
 Gramina ut insciantur. 10.
 Grando vermibus scatet. 24.
 Gravida per imaginationem ut futuri caracterismos imprimant. 64. 65. cur facile corripiantur. 77. earum pestis. 36. 75. 77.
- H.
- H**abitacula tempore pestis tutiora in inferiore domus contignationes quam superiore. 94.
 Hamanthes herba. 105.
 Hæmorrhagia feralis ex morsu anguim. 105.
 Hæmorrhagia narium in peste unde. 21. 36.
 Hæmorrhoidum virtus. 107.
 Hæmorrhois serpens 105.
 Halitus pestifer quid. 29.
 Halo vid. Atmosphæra.
 Harmonia mundi ex consonis & dissonis. 101.
 Aug. Hauptmann laudatur. 33.
 Hedera semen contra pestem. 109.
 Helenium est mirum pestis antidotum. 113.
 de Helmontio Autoris iudicium. 65.
 Hepar vermibus scatet. 33.
 Hepar vid. Planta.
 Hierosolymitana pestis. 35.
 Hippocrates laudatur. 123. 136.
 Hirundines mature descendentes pestem prædicunt. 59.
 Hirudinum usus. 107.
 Homo habet aliquid in se pestis causativum. 7. 33. varia insecta & vermes generat. 27. causa finalis. 27. cur is infinitis morbis obnoxius. 98.
 Hordeo infestus cuculio. 28.
 Humidum est caloris interni arx. 11.
 Humores valde commovent phantasia. 66. 67. eorum malitia. 12. unde 16. visioforum vis. 107.
 Hydrophobia unde. 66. cura 120.
 Hydus serpentis genus. 105.
 Hyems infectorum mors 94. cur pestis tunc cesset. 93.

Hyoscya

Hyoscya
 Hyperic
 Hypoc
 Ignis
 Imagi
 Imagin
 65.
 Infantiu
 Infectio
 Infecto
 Influxus
 65.
 47.
 Inguina
 Insania e
 Infecta i
 tan
 put
 nic
 stem
 clu
 Infomnia
 In Intesti
 Inundati
 Ipes ut vi
 Ira mult
 vean
 Juglande
 Juniperi
 Jupiter m
 Nisa gra
 Lac ver

INDEX.

Hyoscyamus pro borragine. 70. ejus genesis. 103. vis. 103.

Hypericon peculiare pestis antidotum est. 113.

Hypochondriacum malum. 68. de eo tractatus Paul, Zacchia. 68.

I.

Ignis subterraneus quomodo aërem inficiat. 9. 12.

Imaginatio lesa in peste unde. 20.

Imaginativæ facultatis vis. 64. in peste. 64. 66. & seq. 77. in gravidis. 64.

65. 77.

Infantium singularis pestis. 35.

Infectio. vid. Pestis & Contagium. A sole. 57.

Infectorum cubicula cur esso debeant in superiori domus contiguitione. 94.

Influxus astrorum. (vid. Astra & Cælestis.) 45. & seq. maligni unde 46.

& seq. quomodo terram imbuant. ibid. & varios effectus producant.

47. 53. quomodo inficiant. 49. 53. perniciosi quenam insecta generent. 49.

Inguinaria pestis. 142.

Infania ex esu cicuræ. 71.

Insecta in hominibus non frustra nascuntur. 27. quale nutrimentum appe-

rant. 16. quenam ex perniciosorum astrorum influxu generentur. 49.

putrefacta pestis causa 8. quomodo generentur. 10. 23. 59. eorum per-

niciosa seminaria ex sem. nigellæ 16. genesis & multitudo famem pe-

stemq; præcurrit. 16. 49. extinguuntur ea hyeme. 94. a putredine ex-

cluduntur 103. venenata eundem ortum habent ut pestis. 104.

Insomniæ in peste. 21.

Intestinis vermes generantur. 33. eorum exulceratio ex sicuum esu. 70.

Inundationes pestis causa 8. 142.

Ipes ut vites generent. 28.

Ira multum facit ad malignitatis genesis. 73. eam quomodo astra promo-

veant. 47.

Juglandes vid. Nucis.

Juniperi extractum laudatur. 109. ligna & folia pestem arcent. 124.

Jupiter medius inter ♄ & ♃. 45.

K.

Kista gravidarum quid. 65.

L.

Lac vermibus scatet. 24.

Lati-

INDEX.

- Latitudo* *ad* *potenter* *preservat* *in* *peste*. 76.
Lapidum *pluvia*. 135.
Laureola *est* *nobile* *pestis* *antidotum*. 113.
Laurus *contagio* *resistit*. 124.
Lebetis *intoxicati* *historia*. 72.
Lecti *infecti* *pestem* *propagant*, *&* *quomodo*. 22. 83. 84.
Lepra *quomodo* *contagiosa*. 19. 90.
Lienteria *in* *peste*. 36.
Ligna *vermes* *generant*. 24. *cariosa* *vermibus* *plena* 26. *&* *quomodo* *fiant* *italia*. 28.
Lingvæ *scabrities* *&* *nigredo* *in* *peste* *unde*. 21.
Lintea *infecta* *ut* *pestem* *propagant*. 19. 22. 31. 83. 84.
Linum *ut* *pestem* *faciat*. 8.
Lipothymia. *vid.* *Animi* *deliquium*.
Lipporum *fascinatio*. 89.
Literæ *infectæ*. 90. *pestis* *capaces*. 124.
Literati *cur* *peste* *facile* *inficiantur*. 77.
Lithanthracæ *suspecti*. 73.
Locustæ *unde*. 16. *famis* *&* *pestis* *præcursores*. 16. 50. 138. *ex* *herbis*. 50. *putrefacta* *pestis* *causa*. 8.
Lolii *tristes* *effectus* *in* *corpore*. 16. *vitium*. 72.
Luna *putredinis* *&* *vermium* *generandorum* *causa*. 25. *carnes* *putrefaci*. 25. *quid* *præstet* *in* *Oeconomia* *vitali*. 45.
Lybiæ *pestis* 137.

M.

- M** *Agi*. 39. *&* *seq.*
Magiæ *abominatio*. 38.
Magnetis *virtus*. 13.
Magnetica *curandi* *ratio*. 121. 122.
Maligni *morbi* *unde*. 32. 33. 70. *febres* *ex* *fructuum* *esu*. 70.
Malignitas *non* *semper* *est* *contagiosa*. 12. *ut* *vitalia* *occupet* *&* *naturam* *prosterнат*. 12. 13. 19. 21. 34. 68. 74. 81. 127. *ejus* *natura* *hactenus* *incognita*. 32.
Mandragoræ *genesis*. 103.
Mare *quomodo* *pestis* *causa*. 7. *&* *seq.* *mediterranei* *salubritas*. 63.

INDEX.

- Mars pestis faber 14. 45. 46. exitialis virtutis est. 45. 52. malorum archite-
ctus. 53. maleficum hoc astrum cur Natura constituerit. 46.
- Medicamentorum compositio ex multis ingredientibus taxatur. 99. cum
summo iudicio instituenda 112. simplicium ritè sumtorum effectus cer-
tior 112. simplicium innoxia utilitas. 112. in salem chymicè resoluta lon-
gè sunt præstantiora. 113.
- Medici cur facile inficiantur peste. 77. eorum altercatio & confusio. 3. veri
à Deo singulari luminis sui radio perfunduntur. 99. boni requisita. 99.
- Medicus Politicus Catholicus, tract. Hieron. Bardii. Theol. &
Med. D. 115.
- Mediolanensis pestis. 30. 37. 39. 49.
- Melancholiæ experti non facile inficitur peste. 75
- Melancholici facile corripuntur peste. 77.
- Melancholia hypochondriaca. 67.
- Melopepones damnantur. 70.
- Memoriæ abolitio in peste unde. 20.
- Mensæ pestiferam futuram concipere possunt. 84.
- Menstruatæ mulieris fascinatio. 89.
- Merces infectæ. 91.
- Mercurius an pesti curandæ aptum remedium 115. & seq. malignam habet
indolem. 116. ejus effectus quales. 116. amuletum ex eò factum culpa-
tur. 116.
- Meretrix Procos halitu intoxicans. 76.
- Mergi aquas infectas indicant. 51.
- Metalla an pestis capacia. 84. 85. 91. 124. efficax pesti curandæ remediunt
præbere posse negat Autor 116. 117.
- Miasmata quid. 8.
- Microscopia. vid. Smicroscopia.
- Mithridates veneno assuetus 76. quatuor antipestifera reliquit. 130.
- Mitte. Effet. vid. Dracunculi.
- Moneta infectionis capax. 86. 124.
- Morbi ex nutrimento. 79. exotici. 33. novi ante emergant. 53. improvisti
mensibus fructiferis unde accidunt. 70.
- Morborum triplex genus. 4. cuilibet suum medicamentum contraposuit
Dem. 3. 98. 115. eorum propria semina quævis regio habet. 4. plerorumq;
causa

- causa catarrhi. 34. cur in iis frustra adhibeantur medicamenta 34. eorum causa putredo. 33. 107. innumeris iis cur obnoxii homines. 98. eorum diversitas ex diverso caeli situ. 101.
- Mors unde pendeat juxta Aristotelicos. 44. ejus imago. 4. signa in peste. 61.
- Morsus rabidorum & venenatorum animalium. vid. Rabidus & Venenatus.
- Mulierum pestis 36. 75. 139.
- Mumiale fermentum. 65. 100. 119. 126.
- Mundificativum summum Sulphur est. 124.
- Mundi harmonia ex consonis & dissonis 101.
- Mundus subterraneus Antoris. 10. 107.
- Mures cum pluvia delapsi unde. 56.
- Muscæ pestis seminatores. 85. earum examina pestem presagiunt. 50.
- Mustela quomodo à bufone trahatur. 121.
- Myrrha virtus adversus pestem quæ. 113.

N.

- N**Apelli genesis & vis. 103.
- Narcotica ut generentur. 103. eorum vis. ibid.
- Natura etiam divine iræ ministra. 3. 6. perpetuas alterationes facit. 9. quomodo in morbis malignis succumbat. 12. 13. 19. 21. 34. 68. 74. 81. 85. 122. generationem sollicitè intendit. 28. semper bonum intendit. 46. cur exitialia astra & mixta constituerit. ibid. morbos quomodo vincat 74. 78. ejus Oeconomia penitus excutienda. 9. ejus naufragia quæ 42. in perpetuâ contrariorum luctâ versatur. 115.
- Nausca unde. 34. extrema in peste unde. 21. 135. ut emendetur ab Hipp. 135.
- Neapolitana pestis. 2. 31. 35. 76. 87. 148. 105.
- Necromantæ. 38.
- Nervis infestus Mercurius. 116.
- Nigellæ seu nigidii malitia. 16.
- Nix vermibus scatet. 24.
- Nubes varias figuras suscipiunt. 55.
- Nuces juglandes antidotalem virtutem habent. 129. 130.
- Numidiana pestis. 138.
- Nutrimenta sunt triplicis generis 15. quomodo prosint aut nocent. 15. quomodo

Natr
NuxOB
O

Odiu

Odon

Odon

Odon

Olexæ

Olera

Oleu

Olla

Opii

Ofcita

Ofcita

Ofciti

Ofciti

Oves

PAL

Pa

Panni

Papili

Paraly

Parot

Passer

Pecto

Pecud

Pedic

Pelag

Pelles

Penta

INDEX.

modo inficiantur. 10. 133. qualia appetantur ab infectis. 16.
 Natrimur iis tantum, quæ vitam habuerunt. 15. & ex quibus gignimur. 46.
 Nux myristica quomodo antipestifera. 113.

O.

Obstrectio viscerum. 12.
 Occultæ causæ 5. 12. & qualitates. 101.
 Odium quid faciat ad malignitatis genesin. 73.
 Odoratu an pestis acquiratur. 89. vultures excellunt. 93.
 Odor quid 89. in longè distitis locis per ventos, delatus sentitur. 92. 93.
 Odorifera quomodo spiritus recreent. 18.
 Oleæ ut campas generent. 28.
 Olera quomodo erucas producant. 28.
 Oleum an pestis capax. 85.
 Ollæ æneæ causticâ vi pollent. 72. 73.
 Opii genesis. 103.
 Oscitatio funesta. 42. 75.
 Oscitantibus cur salus optetur. 42.
 Ossium medullas siccat Mercurius 116.
 Oves, vid. Pecudes, earum scabies contagiosa quomodo. 19.

P.

Paludes pestium seminaria. 59.
 Panis quid præstet ad pestem. 16.
 Panni pestis capaces. 83. 93.
 Papiliones unde. 26. ex plantis 50.
 Paralyticus tumor ex sumtò venenò. 71.
 Parotides in peste. 20.
 Passeres subito exanimati pestis pracones. s. eorum natura. ibid.
 Pectoris ardor in peste. 21.
 Pecudum pestis unde. 14. 58. 86.
 Pediculorum genesis. 27. 33.
 Pelasgorum pestis. 134.
 Pelles pestis capaces. 84.
 Pentacula, vid. Amuleta.

- Pepones *vetantur*. 17. 70.
- Peregrini & Peregrinantes *quarantenis cur subjiciantur tempore pestis*. 95.
- Peripneumonia *in peste*. 36.
- Perfica poma *vetantur*. 17. 18. 70.
- Pestifer *quomodo aer fiat*. 6. halitus *pro aurigâ utitur aere*. 9. quid. 29. eò *quanam inficiantur*. 19.
- Pestifera effluvia *quomodo venti non dissipare queant* 92. eorum *incrementa*. 31. *iisdem inquinata ut mudentur*. 30.
- Pestifera febres *unde* 19.
- Pestifera foetura *quomodo exanimetur*. 32. *quomodo adhereat, aduret*. 30. *est tenacissima*. 84. 91. *eius propagatores feles, canes, columbae & gallinae &c.* 84. & *seq. musca* 88. *corvi*. 87. *quanam illius capacia*. 84. *ex rebus libero aeri expositis tollitur*. 95. *eius fomentum*. 95.
- Pestiferi fomitis *mirandi effectus*. 82. & *seq.*
- Pestiferum contagium *unde*. 10. *venenum illud an naturaliter in corpore humano gigni possit* 69. & *seq.*
- Pestilentia *manufacta quid Seneca*. 37.
- Pestis flagellum & sagitta Dei. 1. 2. 5. 97. 96. *foedissima lues*. 2. *aereus draco*. 3. 61. 101. 117. *quomodo investiganda* 2. *cur dicatur morbus communis* 4. 13. & *lethalis*. *ibid.* 21. 98. *quomodo & cur maximè contagiosa*. 4. *dicitur virulentus Monarcha* 21. *unde & cur innumeris & ferocibus stipata symptomatis*. 4. 5. 13. 20. 21. 61. 66. 100. 109. 110. *quomodo vitia occupet & expugnet Naturam*. *Vid. Natura & Malignitas specificâ qualitate inficit corpora*. 13. *quomodo contrahatur*. 19. 201. *qualis veneni species*. 36. 100. *ad Naturam naufragia refertur*. 42. *semper alicubi dominatur*. 43. 132. *omnes alios morbos in sui naturam convertit*. 62. *plerumq; animata est*. 82. *cum oscitatione & sternutatione exitiali*. 42. *est contagiosa putredo* 47. *ad quantum spatium inficere possit*. 94. *eam fatali necessitate hominibus imponi Turcae putant*. 97. *refutantur*. 98. *quanam pessima*. 102. *est Morpheus morbificus & variis larvis se condit*. 100. *est insidiosum malum* 100. *peregrini veneni species* 101. & *seq.*
- Pestis prodigiosi effectus 74. & *seq.* *tempore ejus horrenda rerum catastrophe*. 30. *etymum*. 3. *definitio* 4. 11. *summa virulentia nemini parcat* 76. mirâ

mira proprietatis. 74. 77. 102. *venenum ipsa sepius bezoardica in sui naturam convertit* 86. 97. 113. *illudq; non deficit cum vitâ hominis.* 89. *factura quantò tempore durare & latere possit* 93. *ambitiosa quadam potestas* 62. *ejus venenum truculentius illò ex morsu rabidi canis vel animantium venenatorum oriundo.* 65. *venenum varios effectus produciens.* 36. *ei frigus inimicum.* 32. 96. *ab ejus actione nihil immune* 86. *de ea concepta imago non perseverat in cadaveribus* 66. *ejus effluuium facilius loca superiora quam inferiora inficit* 94. *essentia cognitu difficilis.* 99. *incendium velocissimum* 99. *diversitas.* 100. *prima fundamenta.* 103. & *seq.* *analogia ejus cum bufone.* 118. *earum Chronologia* 132. usq; *ad finem.*

Pestis à causis secundis & naturalibus 2. 3. 6. *ex putrefactione.* 6. & *seq.* *post cedes & bellum unde* 6. *ex cadaveribus* 6. & *seq.* 12. usq; *infectis.* 29. & *seq.* *post famem* 6. 7. 15. 16. 31. 139. 144. *ex mari & amnibus.* 7. *ex mineralibus.* 7. *ex terra & motu.* 7. 8. 9. 12. 143. *ex balenâ in littus rejecta.* 7. *ab exhalationibus.* 6. 7. 7. 9. 19. *ex serpentibus putrefactis.* 8. 50. 142. *ex inundationibus.* 8. 142. *ex locustis & insectis.* 8. 138. *ex piscibus & conchiliis marinis putrefactis* 8. *ex plantis.* 8. 9. 16. 50. *à draconibus* 8. 50. *ex cannabi & linò.* 8. *ex antris lethiferis.* 9. 12. *ex esu fructuum & carnis.* 31. 93. *ex igne subterraneo* 9. 11. *utrum visu, auditu &c. acquiri possit* 89. & *seq.* *an odoratu etiam* 89. *quomodo per aures contrahatur.* 89. *per literas & merces infectas.* 37. 91. *per Medicos & Chirurgos.* 91. & *seq.* *per phlebotomum.* 91. *an ventorum impulsu propagetur.* 92. *ex quibus ventis oriatur.* 59. *procurata per aquam & fontes violatos.* 37. 40. *per unguenta* 37. *ex fune vespillonum infecto.* 37. *à spectris* 42. 143. *an siderum vi produci possit* 11. 14. 42. & *seq.* *an solâ imaginatione contrahi possit.* 64. & *seq.* 67. *cur subinde oriatur repente* 32. *per supellectilis infecta distractionem.* 32. *ex apertò sepulchrò* 31. *quomodo per vestes, lintea, culcitras &c. propagetur.* 19. 30. 31. *ex subterraneis exhalationibus.* 32. *contactu rerum acquiritur.* 82. *quomodo per concomitantem imaginationem contrahi possit.* 67. usq; 68. *cur quosdam planè non invadat nonnullos autem facillè corripiat.* 75. 76. *per viros saltus inficiens.* 75. 78. *cur solos indigenas inficiat quandoq;* 75. & *alienigenis sit innoxia* 79. *cur in hac vel illâ domo magis perimit.* 78. *inclinat in temperamentum simile, dissimile fugit.* 79. *à victu depravato.*

INDEX.

- vato. 16. 141. quomodo ab Eclipsi fiat. 51. ex apertâ cistâ 95. 140. eandem originem habet, cum plantis & insectis venenatis 104. ad ejus generationem nil oportunitus humoribus vitiosis. 167. ab unguiculis & vermicibus ex aëre in terram delapsis. 135.
- Pestis** causæ. 5. & seq. 16. 47. origo prima. 5. 14. 47. proxima 49. aliquid causativum in homine laet 7. timor facile inficit. 77. seminaria 13. verissima causa. 22. tempore ejus unde apoplexia. 19. cause procatartice. 80. semina semper precedere debent, ut ea contrahatur. 67. propagatores vermiculi minutissimi. 82. ratio juxta Helmontium in quò consistat. 85. & seq. seminaria ex paludibus. 59. seminatores sub formâ corporeâ Demones. 41. seminatores ♂ & ♀ malefici. 45. 46. ab eâ cur vilioris conditionis homines nonnunquam immunes existant. 75. & cur viri tam facile non corripiantur. 77. an eam vinum & alia esculenta potentiaq; contrahere possint. 85. it. an metalla 85. quomodo loca remota illam contrahant 90. quomodo disponat imaginatio ad eam 67. ejus venenum truculentissimum cur & quomodo sol feruidus producat cum primis 96. cause exotica & monströse. 101. & seq. quanam arte pestium causæ possint investigari. 104. & seq. à plethorâ & intemperantiâ. III. ex incendio Athne 139.
- Pestis** propagatæ per selem historia. 84. per canem. 85. per crabronem 85. per telam aranearum. ibid. per corvum. 87.
- Pestis** Aboriginum. 134. *Egyptia*. 7. 96. 104. 134. 135. 137. *Athyopica*. 134. *Africana*. 142. 138. *Anglica* 35. *Atheniensis*. 35. 62. 97. 136. *Bizantina*. 53. *Bonomiensis*. 50. *Carthagenensis*. 8. 138. *Constantinopolitana*. 143. 147. *Cretica*. 134. *Davidica*. 134. *Ephesorum*. 41. 140. *Franciæ per Hebræos* introducta historia. 40. *Genuensis*. 2. 40. 148. *Græciæ*. 42. 134. 135. *Hierosolymitana* 39. *Lybica*. 96. 137. *Mediolanensis*. 30. 37. 49. *Metapontina*. 41. 135. sub Moysè. 137. *Neapolitana*. 2. 31. 37. 76. 87. 105. 147. *Nemidiana*. 138. *Pelagorum*. 134. *Philisteorum* horrenda 133. *Romana*. 135. 136. & seqq. sub Samuele Propheta. 134. 8. 140. 139. *Thracica*. 124. *Tirolensis*. 59. *Turina*. 41. 135. *Valentiana*. 86. *Veticensis*. 138.
- Pestis** duplex, divina & naturalis. 5. animalium unde. 14. 58. 86. externa quid. 68. species infestans solos oculos. 34. solum guttur & fauces 34. 35. solos infantes. 35. solos pedes, tibias & os 35. strangulativa seu suffocativa. 35. stupefactiva. 35. 102. ejus causa. 35. resolvens corpus in vermes. 35. est diversa ratione diversorum temperamentorum. 35. divoi

140. can-
 id ejus ge-
 niculis &
9. aliquid
 ria 13. ve-
 procatar-
 ur. 67. pro-
 um in quò
 s sub for-
 45. 46. ab
 existant.
 em & alia
 quomodo
 inatio ad
 sol feru-
 101. & seq.
 à plethora
- ronem 31.
- pica. 134.
 zantina.
 a. 143. 147.
 y Hebraei
 135. Hie-
 letaponti-
 147. No-
 Romana.
 cica. 124.
 3.
 5. externa
 cauces 34.
 seu suffo-
 is in ver-
 35. divi-
 tum.
- tum. 75. 81. foeminarum. 36. 75. 138. gravidarum. ibid. 77. nobilium. 75. 81.
 puerorum. ib. robustorum hominum 35. 147. sutorum. 36. virginum. 36. 75.
 citissime perimens 75. Ethnicorum salvis permanentibus Christianis.
 75. 81. à febris acutis aliis ut distinguatur. 11. bubonia quid & quo-
 duplex. 102. 143. ejus cura. 122. in tabem dissolvens corpus. 102. hydro-
 tica. 102. 306. pruriginosa. 102. corrosiva. 103. 104. cum ferali risu 102.
 narcotica & ejus causa. 104. Cura. 122. putrefactiva. 104. resolutiva
 sanguinis 105. à Gal. duplex facta, interna & externa. 109. foetuum in
 utero 139. in secretioribus corporis partibus. 133. cum cæcitate & tussi.
 141. cum phthiriasi. 141. inguinaria 141.
- Pestis divina exempla s. 6. 97. 143. differentie variae 34. & seq. quæ ad cli-
 matum regionumq; diversitatem multiplicantur, 101. eâ cur subinde
 tantum boves, interdum equi, oves &c. infestentur. 14. eâ cur facile
 literati & Medici inficiantur. 77.
- Pestis artificiosa. 37. & seq. 34. Dæmonis arte facta ibid. 142. à Pharma-
 ceutris Romanis. 39. 137. notabiles historie ejus. 39. & seq. quomodo ea
 præstet, quæ naturalis. 40. tempore Theophrasti. 41. ut distinguatur
 à naturali. 89.
- Pestis signa unde sumenda. 49. & seq. eorum triplex classis. 43. ex cælo &
 aère. 51. & seq. venturæ quedam signa seu prodromi. 42. & seq. ex
 Physicâ sumenda. 43. à Deo immissa signa. 48. secuturæ indicia ex a-
 nimantibus, plantis, & insectis. 49. & seq. jam contracta signa. 61.
 & seq. & jam deficientis. 62. & seq. signa in principio ignota. 61. certa.
 61. futura indicia præbent animalia subterranea latebras deserentia.
 60. eam stagnorum viror prædicit. 60. & præcurrit insectorum co-
 pia. 16.
- Pestis mitigatur à borealibus ventis. 32. quibus de causis cesset. 43. & seq.
 ab eâ præservat animus liquidus & letus. 75. cur cesset incrementò
 æstivi caloris. 94. multo magis tamen augmentò frigoris hyberni. 94.
 96. eâ infecti cur superiora cubicula occupare debeant. 94.
- Pestis cura & præservatio. 97. & seq. curandi difficultas. ibid. 125. 128. ejus
 de remediis varia opinioniones. 97. antidota appropriata contra illam non
 omnibus nota. 99. cura præservativa. 99. & seq. est duplex. ibid. ver-
 beribus ad sanguinem usq; inflatis curata. 102. antidotum non datur.
 nisi cognita sit pestis quidditas. 99. curandi methodus Galenica. 107.

& seq. vena sectio in eâ à Galen. celebrata. 107. sanguis tunc per cucur-
 bitulas & hemorrhoides educendus. 107. circa V. S. cautela. 107. cau-
 riorum utilitas. 108. 108. & Frictionum 108. Cantharidumq;. 108. de
 purgantibus quid tunc statuendum. 108. 108. prophylactica quæ Gale-
 nicis magis laudata. 108. pesti & putredini scordium contrarium.
 Ibid. item spiritus vitr. 109. Sem. heder. 109. Allium & ext. Junipe-
 ri. 109. interna cura. 109. & externa. 110. chirurgi ope instituenda.
 110. cura per diatam 111. cura ordinaria. 112. & seq. mundities tam cor-
 poris quam cubiculi tunc summè commendata snt. 112. antidota ejus
 simplicia quænam. 113. & seq. in salem resoluta sunt præstantiora. 113.
 ei appropriatum quodnam sit antidotum. 113. & seq. cura per amule-
 ta. 113. & seq. ejus curande chymica ratio. 115. & seq. an Mercurius
 & Arsenicum apta præbeant contra pestem remedia. 115. & seq. Speci-
 ficum antidotum contra pestem est Bufo. 117. & seq. curande pestis
 fundamentum est Sympathia. 119. 122. bufonis substantia quæ-
 nam actione sanet. 119. bufonum antidotum ut applicandum. 120. &
 seq. Sal Bufonis ritè paratum laudat Faber. 121. curande Hip-
 pocratica ratio. 123. & seq. contra eam potentissimum est Sulph. &
 cur. 123. & seq. suffitus ex Sulph. optimus. 124. & seq. alia suffumi-
 gia. 124. 125. & seq. vinum Med. Hipp. 125. sudorificum. ibid. cautela
 circa sudationem. 125. quæ ad extra facienda. 125. 126. antidota
 eor tempestivè adhibenda. 127. remedium contra eam optimum, Lon-
 gè, Citò, Tardè. 127. habitaculum tunc quod eligendum. 128. me-
 dium domesticum. 129.

pro Petroselino cicuta. 71.

Phantasia multum potest. 65. 66.

Pharmaceutrix Romana. 39. 137.

Phlebotomia. vid. Venæsectio.

Phrenesis in peste unde. 20. ejus incendium ex morsu canis rabidi. 65.

Phthiriasis 23. pestifera. 142.

Phthisis cause. 34. 72.

Physica scientia. 38.

Pica gravidarum. 65.

Pimpinella est probatum pestis antidotum. 113. 130.

Pinus pyriocampas producit. 28.

- Pisces ad putredinem vergentes venenum pariunt. 72. extincti aquas infectas significant. 51. marini corrupti pestis causa. 8. quomodo pestem presagiant. 60.
- Pix inimica pesti. 124. cur. 125.
- Planetae perniciosi ut reddantur benigni 45. malignos cur Natura constituerit. 46. eorum conjunctiones. 45. vid. *Astra. Caelestis. Influxus Sidera.*
- Plantae quomodo pestem faciant. 8. 17. 50. 70. quomodo virulenta evadant. 8. 10. 14. 16. 50. quaelibet suos vermes generat. 24. 26. 50. degeneres unde evadant. 59. pestem ut presagiant. 51. vitiantur à cadaverum infectorum sepulcorum vapore. 59. earum signatura & analogia cum corporis nostri membris. 98. morbosa constitutio. 59. noxiarum esus venenum gignit. 70. putredo earum ab austro. 28. 59. in his omne putridum aliquid veneni continet. 70. non frustra summas virtutes indidit. 98. eas putredo excludit. 103. venenata ortum eundem habent cum peste. 104.
- Pluviae portentosa. 56. lapidum. 135. vermium & anguiculorum. 145.
- Podagra unde. 34.
- Poma quae damnentur. 70.
- Pori vermibus scatent. 33.
- Præcordiorum tensio in peste. 21.
- Prædicendi exacta notitia nil difficilius. 42. 44.
- Præservatia in peste duplicia 99. 111. & seq. quenam eorum virtus. 111. quibus conducant. *ibid.* sunt publica & privata. 11.
- Præstigiatores. 38.
- Primigenitorum pestis sub Moyse. 133.
- Prodigiosa signa pestis. 47. 38.
- Prognosticandi exacta notitia nil difficilius. 42. 44.
- Prognosticantium errores. 42.
- Prophylactica 86. 108. 111. & seq. eorum virtus quae 111. quibus conducant. 111. sunt publica & privata 111. simplicia reliquis præferuntur. 113. ex terrestribus quae 113. ex aromaticis quae. 113.
- Pruna damnantur. 69.
- Pruritus insignis à virulentia pestifera. 102.
- Puerorum pestis. 36. 75.

- Pulicum generatio. 33. 27.
 Pulsus peste afflictorum 61, 62. formicans quid. 62.
 Pulvini infecti pestem ut propagent. 19.
 Purgantia quæ à Gal. in peste laudabantur. 108. quid statuen-
 dum de eorum
 tunc usu. 108. 112.
 Pustulæ in peste. 109.
 Putredo quenam vermes gignat. 49. abdita morborum omnium causa. 33.
 peregrina plantis insita pestis causa. 16. ejus propagatio. 30. in vermicu-
 los ut animetur. 22. ei omne vivens, imò cuncta sunt obnoxia. 22, 24,
 27. contagiosa animata propagatio. 30. viscosa nequitia. 12, 13, 22. vis
 exotica ejus & essentia. 13. omnis vegetabile vel insectum aut reptile
 excludit. 103. ei resistit scordium, & Spir. Vitril. 109. allium. 109,
 Sulphur. 123.
 Putrefactio est contagii causa. 10, 22. quid. 10, 23. quotuplex. 10. quomo-
 do fiat. 10. & seq. in quò consistat. 12, 13. medicè considerata quid 11,
 ejus vis, 27. ex eâ pestis. 6. contagiosa unde & quomodo fiat. 10, & seq.
 12. & seq. 47.
 Putrefactivæ facultatis signa. 16.
 Putrida omnia sunt vermibus plena. 25. quos ex suâ naturâ gignunt. 23,
 & quomodo. ibid. & seq. 27, 28. omnia ferme venena ex putri nascun-
 tur. 104.
 Pyrio campæ unde. 28.

Q.

- Qualitates primæ, secundæ & tertiæ. 101. primæ quid operentur. 101.
 Qualitates occultæ. 12. 54. perperam sic dicuntur. 101.
 Quarantena vulgò dicta cur instituta. 95.

R.

- Rabidæ felis venenum. 72. canis morsus. 65, 66, 72. hic quomodo & cur
 curetur esu proprii epatis sui. 115, 119.
 Radices quomodo inficiantur. 10.
 Rana cum pluvîâ delapsa unde. 56. earum in aère genesis. 24. generatio &
 corruptio. 27. esus perniciosissimus. 72. candidarum copia pestem poi-
 tendit. 50, 80, 118. in stomacho ut generentur. 106.

Rapha-

- Raphanus sylvestris est singulare pestis antidotum. 113.
 in Renibus vermes generari possunt. 33.
 Reptilia putredo excludit. 100. venenata eandem originem habent ut pestis. 104.
 Respiratio qualem aërem poscat. 9. difficilis in peste unde. 21. ejus difficultatem causat arsenicum. 116.
 Ritus Sardonicus. 103.
 Romanæ pestes. 135. 136. & seq.
 Roris infecti experimentum. 60.
 Rosmarinus adversatur pesti. 124.
 Rubetæ ut generentur. 23.
 Ruta tam communis, quàm capraria (seu galega) antidoti non ignobilis virtute pollet. 113. 126. 130.

S.

- Saga. 38.
 Aug. Sala laudatur. 109. 110.
 in Salem chymicè resoluta simplicia longè sunt præstantiora. 113.
 Salis aciditas pestifera fetura adversa. 63. 124. quomodo præparaverit ipsum Hipp. 125. ejus Vires. 125.
 Salvia non lota cur noxia. 25. 26. 70.
 Sanguis febricitantium verminosus. 24. 83. putridus vermiculis plenus. 32. 83. ejus corruptio unde. 10. pluvia unde 56.
 Saturnus malorum architectus. 53. exitialis virtutis est. 45. 52. maleficus pestis seminator 45. 46. & faber 14. cur exitiale hoc astrum Natura constituerit. 46.
 Saxa an producant vermes. 27.
 Scamna pestis capacia. 84.
 Scabies quid. 124. contra eam specifica. 124.
 Scarabæi ab equis gignuntur. 27. eorum progenies. 28.
 Scarificationis utilitas in curâ carbunculorum & bubonum 110.
 Scordium pesti contrarium à Gal. laudatur. 108. putredini resistit. 108. 113.
 Scorpiones in cerebro humano nati. 33. ejus morsus propria substantia scorpionum sanatur, quomodo & cur. 115. 120.
 Scorzonera pesti potenter resistit. 113.
 Scotomia ab arsenico. 113.

- Sericum quomodo splendidum reddant tintores 124.
 Serpentes quomodo generentur. 23. & ubi. 96. peregrinae formae & alati pestis praecones. 50. putrefacti pestem causant. 8. & infinitos serpentulos produciunt. 35. eorum multitudo quomodo pestis causa. 50. in stomacho ut generentur. 106. serpens pro Aesculapio adoratus. 137.
 Sicula pestis. 8. 37. 401.
 Sidera omnia specie distinguuntur. 44. eorum virtus in peste producenda. 42. & seq. vid. *Astra*.
 Signa. 47.
 Signatura plantarum. 98.
 Similia similibus quomodo gaudeant. 13. 117.
 Simplicia. vid. *Medicamenta*.
 Singultus in peste unde. 20. 21.
 Sitis intolerabilis in peste unde. 21.
 Smicroscopium. 22. 24. 25. 26. 27. 28. 82. 83. ut parandum. 25.
 Sol quomodo virulencia causa. 6. quomodo infiriat in fecciora 57. 96. quomodo purgetur & purget. 57. quid praestet in Oeconomia vite. 45. 51. medius inter ♀ & ♂. 45. ejus feruere pestem cum primis producit. 96. ejus cum corde comparatio. 52. morbi ejus & macula. 51. 52. 54. 56. quid sint. 52. quid protendant. 52. ejus fuliginosa eluvies ut aërem inficiat. 52. pallor tempore Constantini Magni. 53. tempore Justiniani pestis prodromus. 53.
 Solanum pro atriplice 70. ejus perniciofa qualitas. 71. genesis & vis 108.
 Sonorum faber 90. illi nullius qualitatibus capaces. *ibid*.
 Sopor in peste unde. 125. ejus cura Hipp. 125.
 Sorices ex plantis. 50.
 Spectra pestem inferentia. 42. 144.
 in Splene vermes gigni possunt. 33.
 Spodium. vid. *Ebur*.
 Spondae pestiferam foeturam concipiunt. 84.
 Sporadicum morbi genus 4. 62. causa. 120.
 Stagnorum viror quid portendat. 60.
 Stellæ. vid. *Astra*.
 Sterilitas terræ unde. 15. & seq. 16. 50.
 Sternutatio funesta 41. 75. 143.
 Sternutantibus cur salus optetur. 42.

Stomac
 gn
 17
 Stragula
 Stramo
 Strumæ
 Stupefa
 Sudores
 Sudorifi
 Suffumig
 128
 Sulphuri
 123.
 tem
 124
 124
 Suppura
 Sutorum
 Sympath
 dan
 Symptom
 Syncope
 T Aban
 Tap
 Tarantu
 Tartareu
 Tô θεϊον q
 Tempera
 acq
 Terebo
 Terra in
 foet
 lita
 tur

INDEX.

- Stramonii cruditas causa. 16. dolor in peste unde. 21. vermes in eò progignuntur. 33. fraxinea & nidorosa impuritates quæ symptomata pariunt. 125. quomodo emendantur ab Hipp. 125. morborum curas impedit. 125.
- Stragula infecta ut pestem propagent. 19. 20. 22. 84.
- Stramonii genesis. 103. & vis. 103.
- Strumæ ubi familiares. 4. sunt velut urres inflati. 4.
- Stupefacientia ut generentur, & vis eorum. 103.
- Sudores qui lethiferi. 35. Anglicus. 35. 102. huius causa. 105.
- Sudorifica. vid. Diaphoretica.
- Suffumigium ex Sulphure laudatur contra pestem. 124. & seq. alia. 124. 128. & seq. utilitas. 135.
- Sulphuris aciditas pesti adversa. 181. 129. id Græcis dicitur Σεῖον. 123. cur. 123. 124. ejus præstantia. 123. & seq. vapor seu fumus quantam virtutem habeat. 124. contagii incapax. 124. virtus contra pestem insignis. 124. 129. omnibus contagiosis inimicum. 124. cur Φλογιστὸν dictum. 124. quale melius. 124. quomodo Hipp. præparaverit. 125. quid. 124.
- Suppurationis necessitas in cura externe pestis. 110.
- Sutorum pestis. 36.
- Sympatheia rerum. 54. 115. operandi ratio. 116. & hæc est pestis curandæ fundamentum. 119. 122.
- Symptomatum ferocia unde. 5. 13. 20. 21. 32. 33. 36.
- Syncope vid. Animi deliquium.

T.

- TAbani unde. 28.
- Tapetes pestis capaces. 84.
- Tarantulæ vis. 36.
- Tartareus cruor quid. 64.
- To θεῖον quid notet Hippocrati & Græcis authoribus. 123.
- Temperamentorum diversitas in nationibus. 80. ex certa cibi constitutione acquiritur. 81. notitia quanti sit in Medicina momenti. 107.
- Teredo in lignis unde 28.
- Terra infinita effluvia diffundit. 9. dicitur globus terraqueus. 9. virulentos fetus ex putredine producit. 23. 58. vermibus scatet. 25. 27. ejus sterilitas unde. 15 & seq. 58. atmosphaera quia & un. 17. quomodo imbuatur malis influxibus. 46. 49. ejus pulvis in vermes animatus. 27. 30.

Terræ - motus pestis causa. 7. 8. 9. 10. 12.
 Terror ad pestem quid faciat. *vid. Imagin.*
 Testaceorum animalium genesis. 28.
 Thracica pestis. 134.
 Timor pestem facile infert. 77.
 Tinctores ope Sulphuris serico splendorem argenteum conciliant. 124.
 Tinea unde. 28. in vestibus. 28. in chartis. 28.
 Tirolensis pestis. 60.
 Tormentilla est laudatum alexipharmacum. 113.
 Tritico infestus curculio. 28.
 Turcæ quid de peste sentiant. 97.
 Tussis feralis in peste. 141.

V.

Valentiana pestis. 36.
 Vapores vermibus scatent. 24. *vid. Exhalationes.*
 Vegetabilia. *vid. Plantæ.*
 Venæfectio in peste à Gal. celebrata. 107. ante eam purgandum 107. *infestis* noxia. 107.
 Venefica medicamenta non promulganda sunt. 40. 44. quomodo paventur. 41.
 Venenum quodlibet habet suum antidotum 3. 98. altissimos fines habet. 46. animalis perit cum vitâ ejus. 65. an naturaliter in corpore nostro gigni possit. 69. & seq. nasci potest ex humorum corruptelâ. 69. ex esu herbarum noxiarum. 70. ex animalium venenatorum halitus maligno. 71. ex carnibus, piscibus, & frumento putrescentibus. 72. illud carbones ex noxioligno continent. 73. ex carbonibus fossilibus gigni potest. 73. ex animi perturbationibus. 73. in corpore nostro ut consideretur. 73. calor naturalis producere non potest. 73. quomodo in corpore nascatur. 74. ejus marsupia quæ 41. insinuatî indicium. 90. ei assuetâ puella procos intoxicavit halitu. 76. ad ejus generationem quanam conferant. 64. & seq. ejus natura & proprietates. 101. & seq. quibus qualitatibus operetur. 101. fermè omnia venena exputri nascuntur. 104. ejus nullum tam exoticum genus, cujus cause non assignari possunt. 104. de venenorum omnium genesis & morbis inde resultantibus Autor plura promittit. 108. Hippocrati dicitur Deïov. 123.

Venena-

Venen
 su
 no
 Venen
 Venero
 Venti
 Venus
 Verme
 co
 feb
 24
 48
 sa:
 ti
 cor
 na
 Vermic
 tib
 vaj
 rab
 mo
 Vertigin
 in Vesica
 Vespæ a
 pra
 Vespillo
 Vestes i
 es.
 Vibices.
 Viciæ effe
 Victus d
 Vigiliæ in
 Vincetox
 Vinum a
 Me

INDEX

- Venenata animalia ut terra progeneret. 23. quæ. 40. eorum ictus & morsus ut noceant. 65. ipsa etiam intra se continent seminaria quadam veneni proprii destructiva. 115.
- Venenatæ herbæ quæ. 40.
- Venerea lues ut propagetur. 19. latere potest diu, antequam erumpat. 93.
- Venti quinam opportuni ad inducendam pestem. 59. 92. 146.
- Venus media inter D & H. 45.
- Vermes ex aquâ putrescente ut generentur. 23. ex putridis humoribus in corpore. 23. ex qualibet planta. 24. 78. 50. ex acetô, lacte, sanguine febricitantium. 24. 25. ex cadaveribus. 24. ex lignis & fructibus. 24. in vaporibus, aëre, grandine, nive. 24. ex quam putredine. 49. ex radicibus austrô flante. 28. cum pluviâ delapsi unde 56. intra saxa ut generentur. 24. in hominibus non incassum nascuntur. 27. alati ex frumento. 27. iis plena sunt omnia putrida. 25. ex carne per D corruptâ. 25. ex caseo. 25. iis plena sunt ligna cariiosa. 26. ex putredine nati quinam noxii, qui non 104.
- Vermiculi instar atomorum. 30. in cerebro humano nati. 33. & in ipsis partibus vitalibus. 33. inq̄ omnibus corporis partibus. 33. in sanguine & vasis porisq̄. 33. ex pulvere terræ. 27. 30. eorum minutissimorum mirabilis structura. 26. quomodo generentur. 10. 16. ex putredine quomodo. 22. & seq. 27. 28.
- Vertiginis causa. 16. ab Arsenico. 116.
- in Vesicâ vermes generari possunt. 33.
- Vespæ ab equis gignuntur. 27. & ab araneis. 28. earum ex amina pestem prædicunt. 60. 50.
- Vespillones cur peste cessante moriantur. 79.
- Vestes infectæ quomodo pestem propagent. 19. 20. 22. 30. pestis capaces. 124.
- Vibices, vid. Bubones, & Carbunculi.
- Viciæ effectus in corpore humano. 16.
- Victus depravatus pestis causa. 16. 141.
- Vigilia in peste unde. 21.
- Vincetoxicum est insigne pestis antidotum. 113.
- Vinum an contagii capax. 85. à corruptione præservat sumus sulph. 124.
- Medicatum in peste. 125.

Viperæ

- Viperæ morsus per viperæ substantiam sanatur, & cur. 115.
 veneni antidotum cur præbeat 114. earum usus. 126.
- Virginum pestis. 36. 75.
- Viri tam facile non corripuntur peste. 77.
- Viror stagnorum quid portendat. 60.
- Visu an contrahi pestis possit. 89. 90.
- Vita sublunarium unde pendeat juxta Aristotelicos. 44.
- Vites ut apes generent. 28.
- Vitriolum venenum attrahit 62. ejus aciditas pestifera & foetura adversa. 63.
 ejus Spiritus pesti adversatur. 109.
- Vivens omne generat ex putredine sua animal sua natura congruum. 27.
- Ulcera horrida in peste unde. 20.
- Vomitus unde. 34. in peste unde. 20. 21. 125. cura Hipp. 125.
- Urina peste infectorum. 61.
- Uticensis pestis. 139.
- Vultures odoratu excellunt. 93.

Z.

- Zedoaria probata virtutis est alexipharmacum. 113. 126.
- Zenexeton Paracelsi amuletum 110. 117. ut paretur juxta Helmont. 111.
 119. Bufonii hujus antidoti applicatio & preparatio. 120. & seq. pri-
 mus Autor ejus, cum preparatione aliâ. 120. quid Crollius faveat
 de eo. 121.

F I N I S.



hoc
 esse,
 spo
 hun



CUI mare, cui tellus famulantur, & ignea Coeli
Sidera; Quem metuunt mortalia sæcla animantum,
ALME DEUS, nostro de THERMIS adue coepto!

CAPUT I.

Profandi quædam solemnia; S. 1. 2. 3. Fons flens & ridens in Phrygia, 3. Thermarum multitudo, 4. & 7. Therme naturales & artificiales, 5. Luxus Romanorum in Thermis, & earum rudera, 6. Thermarum in Germania numerus, 7. Caroline instar omnium proponuntur, 8. Thermarum nomen & etymon, 9. Sub vocabulo calida & frigida ut plurimum subauditur aqua, 10. Thermarum Homonymia. Quædam oppida vocantur Therma. Thermopylarum mons, 11. Thermarum synonyma latina, 12. Baje. Bajen. Puteoli, 13. Bajarum laus & interitus, 14. Thermarum Germ. Synonyma, 15. Carolinarum sicut & loci genius, 16. Lucorum gentilium occasio, 17. Amnis Döpel & Thermarum hic scaturigo, 18. Amnis hujus etym. 19. Acidula Carolina, 20. Acidula fagi, 21. Egrana, 22. Ignes hinc fatui, & quercus in saxum indurata, 23. Fovea virulenta prope templum, 24. Carolinarum inventio, & immunitates, 25.



Quædam Acidularum marmor non ita dudum à nobis pro virili expositum excipit commodiusculè fervidum jam THERMARUM murmur, de quo non minus amœna, quàm certè utilissima scribere calamum nostrum jubemus. Imò propemodum sumus certissimi, hoc ipsò instituto multorum desiderio nosmet sic velificaturos esse, quod proinde nobis etiam Lectoris benivolentiam vel sponte pollicetur. Sic esto: fave tu Lector faventissime, & hunc Nostrum laborem tali adfectu fove, ut Pallas & Nymphæ
A Herculæ

Herculem, quem ingentibus fessum sudoribus lavacrorum re-
 creatione beaurunt bellissimæ Virgines. Hoc tu præstes influxu fa-
 vorabili erga Nos & hæc Nostra. Sed nimis facili forsan blan-
 dimur nobis promisso, sat beati, si obtineamus medium. In men-
 tem hic Nobis veniunt duo illi in Phrygia fontes, quorum al-
 ter bibentibus lacrimas elicit, unde & κλαίων, seu flens vocita-
 tur; alter verò cachinnum potantibus movet, atque eosdem ex-
 hilarat, unde γέλων seu ridens dicitur, Fortassis, ô Lector,
 THERMÆ hic conscriptæ utrâque pollebunt efficaciam, dum
 quibusdam livoris tristitiam, & Crocodilinz invidia lacrimas
 excutient; nonnullis verò rursus judicandi serenitatem & ex-
 porrectam favendi frontem præbebunt, Nobisque hinc alacritatem
 pergendi, ut lippi Zoili contrâ audentius eundi constan-
 4. tiam. Thermas igitur hic sistimus, easque cum primis CARO-
 LO IV. Imperatori Gloriosissimo sacras, & harum compellatio-
 ne jugiter significamus, nos haut latere, multas plurimasque ali-
 as, numero fermè omnem superante fidem, per totum terrarum
 orbem redundare. & tot undique extare,

*Quot Nymphas numerat Marina Tethys,
 Quot Nymphæ caput affluit capillis,*

aded vincit copia. Habe hic Tibi latissima terrarum, terrarumque;
 optima; & lustra dumtaxat non ignotos Mundi angulos; Inspice
 Americam, adgredere opimam Asiam, ardentem visita Africam,
 venustam contemplare Europam, & crede Nobis, non admira-
 tionem tantum hæc Balneorum Tibi conciliabit multitudo, sed
 5. in stuporem ea te trahet penitissimè. Indigitamus autem hoc ipsò
 geminum Thermarum genus, hoc est, tam naturali salubritate,
 ferventes, quàm artificiali curiositate & causâ deliciarum extru-
 ctas. Sanè si mentionem Harum in medium proferre jam lubere-
 ret prolixiori discursu, integer & amplissimus Codex non suffi-
 6. ceret. Vastus ille Romanorum fastus luculentissima testimo-
 nia suppeditare hic valet, dum ejusmodi Nymphæa plura atque
 plurima tam mundificandis corporum sordibus, & firmandæ va-
 letudini, quàm foedissimæ Libidini potissimum destinantur,
 aded ut Balneæ hæc aliud nihil, quàm Veneris & Amoris gymnasia

fia
 adh
 deci
 nas
 nas,
 pina
 xam
 fatis
 siam
 xim
 tum
 fura
 nicil
 fa
 lis cl
 cobu
 tis se
 fora
 Sed
 rum
 fem
 The
 cred
 us h
 Id sa
 man
 calic
 ô a
 ma
 gno
 mas
 eas
 dili
 neg
 brev

hae essent. Hinc tot rudera & vestigia Thermarum Roma advenis
adhuc ostendit, quæ oculis nostris pariter mirationem ante duo-
decim Annos incusserunt. Quid Antoninianas, quid Diocletia-
nas Thermas, quid Titianas, Alexandrinas, Neronianas, Hadria-
nas, Constantinianas, Gordianas, Decianas, Aurelianas, Agrip-
pinas, & quæ sunt aliæ ceteræ quàm multæ hic fusiori filo pertex-
amus? Sanè non opus est, quum nec intentio. De his enim sit
satis, monuisse Cæsarum Principumque sumtuosissimam Luxu-
riam hac in re tanto excessu productam, ut, dicente *Valerio Ma-
ximo*, lavacra in modum Ammiarum Provinciarum exædificari
tum cœperint: in quibus exstruendis nullum modum, nec men-
suram Romanos servasse ex ingentibus ruinis, ex stupendis for-
nicibus, murorum spondis & residuis columnis ex Ophite lapide
factis, quæ partim adhuc erectæ, partim humi stratae existant, ocu-
lis clarissimè, ut diximus, obvium est: quæ de re exactius *Janus Ja-
cobus Boyssardus in Topogr. Rom. p. m. 28.* Verum cum illæ vetusta-
tis squalore jam dudum sint fœdatae, & nuditate marmorum de-
formes, ad cultum pristinum eas revocare, calami Nostri non est.
Sed fortasse Thermarum naturalium Tibi desideras nume- 7.
rum? Impossibile potest: in parte tamen gratificandum Tibi cen-
semus, Te ad Rulandum proinde remittentes, qui LXXXII.
Thermas esse vel in Germaniâ solâ suggerit, etiamsi nec in-
credibile Nobis, plures adhuc omninò in Eâ subesse, quum uni-
us hominis non sit, posse omnia observare aut commemorare.
Id saltem perpende, si hac Thermarum abundantia gaudet Ger-
mania, quid adscribendum existimas cæteris Europæ partibus
calidioribus, quid Asiæ & Africæ locis, quæ vehementius profe-
sio ab æstu solari feriuntur? Ut itaque quemcumque Ther- 8.
marum genium & Naturam veluti in speculo quodam co-
gnoscere possis, CAROLINAS, utpotè quas inter præstantissimas
non immeritò reponimus, in hanc palæstram producimus,
eas Physico-Medico gymnasmate per suas & distinctas partes
diligenter diducturi. Ergò Thermarum Nomen, ut ab ovo 9.
negocii nominalis ritè ordiamur propositum Nostrium, paucis
brevibus opinamur enucleandum esse; De quo statim sciendum
offerimus,

offerimus, id ipsum Latinum & non Latinum esse. Latium etenim hoc nomen ut proprium sibi vindicavit, & communissimo usu tritum in civitate suâ sic retinuit. Latinum tamen non est provocantibus ad Cunas: *Θερμὸν* enim Græcanico sensu calidum, imò fervens etiam atque ardens denotat, quod tamen non qualitatem nudam, sed virtute sua Adjectivâ subiectum aliquod seu substantiam sub se comprehendit. Verum hanc indeterminatam esse inferre tu poteris, quum res multæ & infinitæ in hoc Mundi Theatro existere possint calidæ: Et ita quidem esse non diffitemur, nihil tamen minus quum Præcis sub hac vocula Liqvozem seu Aquam subaudire fuerit quotidianum, non adeò morabimur ulteriorem quandam pronunciati hujus demonstrationem. Ecquid Tibi in convivii illud solemne, *Da mihi calidam seu calidam, Tu frigidam mihi porrige*, forsitan ignotum? Num, *Thermopolia* & eorundem usus te fugit, quorum non infrequens mentio apud *Accium* est *Comicum*, *Juvenalis* & *Martialis*, illi Vates venustissimi, Calidæ pariter & Frigidæ creberri-
mâ voce meminerunt. Audi quid ille:

Quando vocatus ades? Calida gelidæq; minister.

Ausculata, quid alter:

Frigida non desit, non deerit Calda petenti.

- Imò vel *Senecam* tantummodò accede, & in hoc Sapientiæ Penu
 xi. Veritatis robur oppidò Tibi accedet. Claret igitur vocabulo hocce in præsentiarum undiqve innui *θερμὰ λὸς ἕρα* *Homero*, seu Aquas Calidas, hoc est, *Thermas*; & quamvis per easdem non tantum calentes Aquæ, verum etiam loca ipsa, quæ hisce luxuri-
ant, significentur, attamen nulla Nobis difficultas pertimescenda: Ubi occasione datâ addimus, *Sicilia* & *Thracia*, aliarumque Regionum quædam oppida *Thermas* nuncupari, sicuti mons ille in Græcia latissimus *Thermopylarum* nomine est celebris, ab angustis scilicet faucibus, quæ Aquis scatent ferventissimis, sic nominatus. Ad-
 12. Tibi plura huiusmodi subministrabit. Cæterum æquivocatione sequestratâ synonyma occurrunt nulla, nisi *Thermas Calidos fontes*

fontes & Ardentia Lavacra salutare aënes, aut nisi Poeticis hic Manibus uti cuiquam placeat, quæ elegantiores formulas depromere vel adinvenire in proclivi possunt: Et sic modò *fumantes Sulphure Nympha, modo Medica unda, fumantes Aqua, liquidi Fervores, fervidi Liqvores, Calida Nympharum Balnea* passim dicuntur, aut dici pro lubitu queunt. Bajas ad memoriam haut in opportunè No. 13. bis hic revocamus, quâ voce omnia illa loca, quæ scaturientibus abundabant Thermis, appellabantur, sicut & ore Belgico *Datien* quævis Balnea vocantur, unde & *Puteolorû* nomen suum ut habent, ita etiam servant, quod locus ille Aquarum, antrorumque cum admiratione plenissimus. Alioquin latissimè nota est illa *Campaniæ Civitas*, sita secus Mare, quæ blandissimâ aëris temperie, nobilissimâ Romanorum frequentiam splendidissimis ædificiorum ornamentis, lætissimâ rerum fertilitate, & suavissimâ litorum amœnitate fuit celeberrima: Ubi cum primis ager hujusdem loci Aquis Calidis tam ad Voluptatem, quàm varios ad morbos commodissimis abundè dotatus ditatusque est. De hac Bajarum famâ *Musarum Olores* posteritatem sic accinerunt: *Nullus in orbe locus Bajæ pralucet amans: Sic scilicet Flaccus, ad quem tali metro Martialis:*

*Ut mille laudem, Flacce, versibus Bajas,
Laudabo dignè non satis tamen Bajas.*

Verum quis non

*Nunc desolata faciem miserabitur Urbis,
In qua de veteri restat honore nihil.*

Ita incomparabiles has machinas aut scvitia Maris, aut telluris fragor ibi locorum aliàs frequentissimus destruxit, quarum Ruedera in oceani sinu tempore sudo, & tranquillo Neptuno, Nobis jugiter visa, evidenter cernere licet.

*Fatum ratumque, scilicet
Ut nil perenne duret.*

Materna lingua in genere die warmen Bäder / item Wald-15. Berg- oder milde Bäder / quod in locis plerumque nemorosis, Metallicis, atque desertis inveniuntur, nominare solemus. Verum *missò Nominalium hoc cortice nucleum ipsum adprehendere*

dere præstabit, quum iniquum judicemus, inherere levioribus,
 quando magis ardua & peruestigatu digniora sunt præstod. Ante-
 quam tamen hoc ipsum fiat, quædam adhuc generalia superiunt
 expedienda, ut in minimis hisce etiam Benivoli Lectoris expecta-
 tioni satisfacere queamus. Itaque Thermarum Carolinarum
 situs, ejusque Loci genius se considerandum offert, qui talis fer-
 mè est, qualem earum scaturigines sibi habere solent familiarem,
 & *Synonyma Teutonica* satis antea ob mentem posuerunt. Nimi-
 rum suapte naturâ, sylvestri & deserta, sed non in amœna solitudi-
 ne locus hic, *licet sic loqui*, horret, & rupium proceritas saxis sca-
 bitudine quasi obsessis exessisque suâ sterilitate admodum nota-
 tur, veluti consuetissimum aliàs est, loca, quæ Mineralium divitiis
 pollent, vigori vegetabilium vix locum relinquere. Ex parte ta-
 men & quidem huic oppositâ virgultorum, fruticum arborumque
 præsentia illum positum favit obumbrat, & vallis humilitati
 17. gratissimum ad spectum conciliat. Si quosdam terrarum situs
 vel densa opacitas, vel profunda præcipitia, vel secretum loci, vel
 umbræ admiratio, & perpetui aquarum calentium fontes quon-
 dâ sacraverunt, certè & hæc loci cõditio gentes gentiles olim reli-
 gionis suspicione potenter percutere potuit, quod rem tantam &
 hoc penicillo depictam sine adminiculo peculiaris Numinis stare
 haud posse crederent; Unde postea Luci & Fana ad superstitionem
 18. summam parata ab ipsis adornabantur. Accedit huc etiam liqui-
 dissimus Amnis, qui de cursu suo jucundissimo tam vallem nomi-
 narum rigat, quàm piscibus sapidissimis, verbi gratia Gobiis, Tro-
 etis &c. egregiè scater: Ex hoc ipso autem & medio ejus, quod
 spectatoribus meritò admirationem parit, summo cum fervore
 fervidissima profilit aqua, sicuti hæc ab altissimo, qui *Cervinus*
 dicitur, monte in suis subterraneis agogis descendit, atque post
 modum sub & trans hunc amnem propè radicem alterius, hoc est,
 Fagorum montis magno cum murmure & impetuoso, vixque
 credibili perenni vivoque æstu scaturit. Vocatur autem hic rivus
 19. *die Döpel* dubio sine propter societatem Thermarum, præsertim
 si *os Bohemicum* audire collubescit; De pli enim aquam tepidam
 notat, quam circa Thermarum originem quoque talem invenire
 licet,

jeet
 oppi
 mon
 plice
 pore
 jam
 bibu
 erces
 rum
 virtu
 non
 men
 der 2
 milli
 hisce
 Tria
 noct
 dice
 trans
 eam
 præc
 Pute
 fra
 natis
 extin
 The
 28. af
 rum
 huic
 etian
 om
 has f
 subl
 qua

jeet, etiam si aliàs & alibi decurrens gratâ frigiditate suâ sitientes
oppidò refocillet. Neque Acidulæ etiam hic deficiunt, modò 20.
montem, qui nomen suum exinde nactus, adire cupiam non dis-
pliceat, quæ tamen ut plurimum sub tepidâ, præcipuè verò tem-
pore hyberno pro familiari potu hauriuntur. Dubio procul unâ
jam salubritatem earum tibi cupies declaratam: Tutius scilicet
bibuntur, quàm ipsa communis aqua, & ne fastidium bibentibus
ereent (weil solcher Sauerling allezeit gar matt schmecket) cella-
rum frigore palato acceptiores redduntur: Tribuunt quidem illis 21.
virtutem aperienti & laxandi alvum, quàm tamen, ut nosmet-
non agnovimus aut exploravimus, ita potius illas Acidulas com-
mendamus, quæ unicum milliare abhinc funduntur, dicunturque
der Buchsauerling/ quod ex trunco Fagi orientur. Verum cum 22.
milliaria V. tantùm Acidulæ nobiliores & Egranæ à Thermis
hisce distent, illas potius adportandas usurpandasque laudamus.
Tria adhuc circa situm monere placet, nempe in fagorum monte 23.
noctu sapissimè ignes comparere fatuos: Deinde in montis ra-
dice, quem vocant den Steinberg quercum in lapidem fuisse
transmutatam, de qua tamen nil amplius superest, quod hospites
eam frustillatim curiositatis causâ abstulerint: & tandem non-
prætereunda est Fovea prope templum cavernæ in Campania ad 24.
Puteolos, non procul à lacu agnano (La grotta del cane dicitur)
sua consimilis, quæ æquè ac ista canes & animantia injecta vene-
natis exhalationibus suis enecat, immittasque candelas de subito
extingvit. Ut quoque inventionis non planè obliviscamur, 25.
Thermarum generalem olim in *Dissertat. de Acidulis Egranis* §.
28. assignavimus *Onæ* in deserto, specialem verò seu Carolina-
rum quod spectat inventionem, de hac passim in monumentis
huic Thermarum tono donatis proluxa extant diductiones, quas
etiam hic extremo saltim digito attingere lubet. Scilicet opinio
omnia receptissima est, recensente *Fabiano Summoro*, Thermas
has fuisse ad inventas *Anno circiter post natum Jesum M. CCC. LXX.*
sub Imperio Imperatoris CAROLI IV. qui in ἐλαφισολίας in
qua cervus jugiter & canis venaticus in ferventem aquâ delapsi, &
hinc

hinc valdè depilati fuerunt, in notitiam Thermarum sic pervenit:
 Unde etiam honoratissimum Epitheton Thermæ nostræ
 acceperunt, & Carolinæ ad hunc usqve diem cum Augustissi-
 26. ma divi Cæsaris gloriâ appellantur: Et id quidem eò magis,
 quod locus hic immunitatibus & Privilegiis singularibus ab
 optimo Imperatore munificentissimè fuerit locupletatus, titu-
 loque civitatis celebratissimo insignitus: Hinc factum est postea,
 ut indies ædibus & Cameris ad balneandum aptissimis frequen-
 tissimisqve (ita enim per ligneas collicias canalesqve seu aquagia
 fervens hæc aqua in singula atqve cuncta ædificia derivatur) ad
 omnem necessitatis casum, & omnes commoditatis articulos fu-
 27. erit adactus. Sunt nihilominus & alii, qui dissentiunt, & præter ne-
 cessitatem summum inquirendi angorem ostendunt, statuentes
 ætatem Thermarum harum magis decrepitam, quorum tamen
 mentem & verba hic compilare animus non est, sed præstare po-
 tius existimamus, si paginas nobiliori utiliori qve materiæ dedi-
 caverimus: Quo in capite Benignus Lector se satiare poterit re-
 missus ad D. Strobelbergerum, ad Fabianum & Matthiam Sommeros &
 alios, quos altior historiæ cura penetrantiùs cepit.

CAPUT II.

*Difficile Thermarum scrutinium, i. Autores in verâ hujus fervoris
 causâ frigidi, 2. Nardius ad ignem subterraneum hic recurrit, 3.
 Refutatur, 4. 9. Rochas ad incalcescentes Mineras provocat. 5. Er-
 rores aliorum, qui bitumen, naphtham &c. produunt resellun-
 tur, 6. 10. 15. Nostra sententia de igne hoc subterraneo, 7. Dari eum
 non negamus, adductis exemplis, 8. calcis viva per vestigatio, 11. in
 eadem Thermarum causa non est quærenda, 12. Flamma conce-
 ptus in terrâ semper aliquid metallici poscit, 13. Calx viva lignum
 non accendit sine ferro, 14. Causa Thermarum non consistit in ve-
 hementiori aquarum motu, 16. Neq; in cineribus terra: 17. neq; in
 concursu aquarum quarundam Metallicarum, & earum repu-
 gnantiâ, 18. Liberè philosophandum, ita ut semper plus ultra, 19.
 Res originetenus indaganda, 20. Fons omnis caloris sol est, 21. 23. 27.
 Cujuscunq; effectus unum & ultimum est principium, 22. Solis vir-
 tutes*

tutes 24. 26. Et encomia, 25. Sol Thermarum est causa efficiens, sed cum postulato materia adaequata, 28. Diversa solis actio pro diversitate materia, 29. Thermarum causa materialis ad recipiendum solarem astum apta, 30. Ejus augmentatio, 31. Ferroris hujus continuatio accidentaria, 32. Carolinae flammam non ostendunt, 33. Thermae quaedam cur autumno & hie me frigescant, 34. Laus Chymia & summa utilitas, 36. 51. 97. Apologia ad osiores ejus, 37. Chymia Physica & Medicina anima est, 38. Modus consociendi Thermas artificiales, 39. 43. Terra vitrioli nativi prope Schmie deberg, 40. Deflagratio arborum ibidem spontanea hinc exorta, 41. Thermas ille locus cur non suscipiat, 42. Thermarum basis, 44. Alexandrinus solem a causis Thermarum rejicit, 45. Refutatur, 46. Thermarum a solo generatio ostenditur per fulgura, 47. Causa fulguris & tonitru, 48. 90. Declaratur per aurum fulminans & candelam extinctam, 49. Ars Chymica naturae felicissima imitatrix, 50. & quidem medio ignis, 51. Dato absurdo aut vero uno, dantur infinita, 52. Signa metallorum latentium, 53. 57. 60. 63. Cautela circa virgulam divinatoriam, 54. Exhalationes salinum & montium, die Buschgreten diligenter observentur, 55. Pluviarum diuturnarum & ventorum indicia, 56. Kore observato venae Metallicae inquiruntur, 58. Cautela 59. Terrae corruscationes, 60. Causa earum vera, 61. Loca Mineralium non sunt feracia arborum & vegetabilium, 62. Ventorum venae causa haecenus incognita, 64. 66. Medicus physica consideret chymice, 65. Aliorum opinio de natura ventorum 67. Venae ventorum causa & origo, 68. 70. 72. 76. 87. Localis eorum origo cognita non facilis, 69. Venti & tempestates plerumque sunt particulares, 71. Illorum sodalitiium, 72. Ventorum vehementiorum demonstratio & ortus, 73. 74. 78. Minerale illud humectatione extinctum facile rursus a sole aut igne calcinatur, 75. Interdum inventis aliquid contra naturam, 77. Terrae motuum & everisionum causa, 79. 81. Exempla 80. Etesiarum & mitiorum ventorum causa, 82. Venti hyberni unde, 83. 84. Ventorum materia non a caelo sed terra, 84. Porci ventos cur praesentiant, 85. Ventorum ratio in mari, 86. 87. Fluctus maris sine vento, 88. Tempestatum mori, die Wetterseiden prope Numburgum, 89. Terrae pulsus particulares & rupturae, 91. 93. Exemplum prope Lau-
cham,

cham, 92. Tractus Numburg. mineralium metallarumq; ferax, 94.
Fontes temporanei dte Hunger. Brunnen / 95. Fons lapillos ibi
mollissimos continens, 96. Ejus virtus medicamentosa, 97. 101. Sal
Hermeticum & centrale in hoc fonte, 98. Cerevisia Numburgensis
virtus & qua causa 99. Numburgenses raro calculosi & arthritici.
100.

1. **I**N antecessum statim hic fatemur rem difficillimam in hoc ca-
pite describendam nos adgredi, aucturos de Genuinâ & Vera
Aqva fervidissimæ indefinenter scaturientis Causa ac
visceribus. Adeo controversia hæc maximis undiq; difficulta-
tibus, tanquam hæctenus perpetuis aut acutissimis rupium crustis
est implexa. Sed quicquid sit, spargendæ nihilominus sunt manus,
quo ipso non potest non fieri, ut non aliquando succedat. Spera-
tum multa tentantibus. Imò cum labore quicquid quæritur, opti-
mum quoque viderur, & animus ipsa sic rerum difficultate crescit.
Solicitudinem *Autorum allegare hic nolumus, quam in perscruta-*
tanda perpetua calentissimæ. Aqvæ ebullitione confertim persen-
2. *serunt.* Non ignoratur quidem *illi omnibus rebus, quas in am-*
plissimum hoc creaturarum Natura produxit conceptaculum, su-
as habesse causas, & hujus vel illius effectus certas adesse rationes,
cum quibus juxtim singularem Dei providentiam, & directi-
onem ejus Ter. Sapientissimam devota cum veneratione, Nobis-
eum pariter, agnoverunt: Attamen frigidâ percunctatione illas
3. *inspexerunt.* Audiamus ergò opiniones nunc eorum, an potius
conjecturas, sed sermone ad compendium coactò. *Joannes Nardiu*
Natura consultus alioquin laudatissimus in Tract. de Igne subterr. rem
2. *acu tangere assudans, inquit, causam genuinam in hunc rejicien-*
dam subterraneum ignem, quo in terræ cavernis per antiperi-
stasin accenso & ibi arctissimè inclûso Thermales has aquas tan-
quam in lebere incalescere, effervesce, atq;ve ardentissimam sic
redditam cum murmurante quodam impetu prosilire statuit; sed
statuit; hoc est, absq;ve fundamentis firmiter claris id profert & as-
serit. Unde etenim iste ignis, quoniam antiperistasis ubiq;ve terra-
rum reperitur? Dicat nobis explicitè magis, cujus beneficio proprie-
hic

hic accendatur ignis: Imò edicat nobis, quã ratione tamdiu in ter-
ra penetrabilibus absq̃ve exhalatione aut sine pabuli consumptione
servari incolumis possit. Ast altum hic silentium & *Auctor* hac in
parte stupendus est rationum *Euclio*. Et quid *Henry du Rochas*? Ille s̃
prænuncupatam opinionem adutum explodit, & aliam quidem
in medium produxit, sed veram tamen & ipse adhuc accuratissi-
mè non attigit, licet ab ea adeò non fuerit procul. Hic enim dum
labore sumtuosissimo maximos perfodere montes curavit, neq̃ve
à proposito hoc cessavit, donec ad principium caloris internum
& frigidam vicissim aquam penetraverit, oculis suis plus credens
evidentem ejusmodi subterraneum ignem inter Non-entia lo-
cat, & huic substituendas potius censet incallescences *Minera-
rum Metallorumq̃ve Venas*: Quo in puncto ad stipulantem ju-
giter habet *Julium Alexandrinum* l. VII. salubr. cap. 4. Tacemus hic 6.
inertes & inermes aliorum sententias, quibus in ignem hunc calo-
ris effectum calci vivæ, bitumini, naphthæ, malthæ, carbonibus la-
pideis & aliis sulphureis rebus attribuunt, de quibus in subsequis
non nisi incidenter & datâ opportunitate, quicquid dicendum,
dicetur, ubi scilicet, quã ratione horum assertis nostrum adjunge-
re calculum non queamus, dilucidè & ad oculum demonstrabi-
mus pro virili morbidas & vacillantes has *Causas* extirpaturi. Ve- 7.
rum quid vos, inquit, de igne hoc subterraneo? Tu subauscul-
ta, & crede Nobis, neutro affectu nos aliquid hîc profecturos: Utî
enim *Nardius*, ita & *Rochas*, non quidem à Nobis vituperantur,
sed tantum in determinatione jam indagandæ causæ non placent.
Sic igitur absit à nobis, ut ignem hunc subterraneum ex rerum na-
tura planissimè velimus eliminatum, & hac consequentia mani-
festissimam experientiam temerè susq̃ve deq̃ve habere audea-
mus: Quapropter etiam dubitantes jure remittimus illa ad loca,
ubi *Vulcani* violentia & ipse flos flammæ terrâ hiante expiratur,
atq̃ve vehementer prorumpit. Spectabili testimonio hic favet *Ita- 8.
lia* & *Sicilia*, inque iis montes *Vesuvius* & *Aetna*, imò & campi ibidem
nonnulli qui sulphure flagent, quemadmodum hoc ipsum ocu-
lariter conspicuum est in loco quodam prope *Neapolim*, quæ vulgo
La salsa ta ra vocatur, penes quæ omnia *Thermæ* aut sunt creberrî-
mæ, aut ab iis non procul distat. Sic in *Pyrenæis montibus* penes pa-
gum

gum *Dax* versus *Comitatum Fuxensem* (ubi fontes nonnulli ita fervent & calent, ut bos integer in hos projectus subito dilutum in pollinem reducatur salvis ossibus solis, quæ aquis supernatant) ignes copiosâ, visibili & violentissima flamma tam ex ipsis puteis, quam insimul ex terrâ eos circumscribente exeunt, quamobrem etiam incolæ fornicationis ædificia sua cum saxis, nullis penitus interjectis lignis, exstruere coguntur. Quæ de re fusus docentem vide *Excell. Petrum Joan. Fabrum in Hydrogr. Spag. lib. 2. cap. 4. pag. 130.* Addeò ut nullus hac ratione inficias ire tam perperam possit ex visibili hoc igne aquas subterraneas incalescere, & ibi locorum *Thermas* suboriri posse. Verum hic intentionis nostræ est scopus *juxta Nardii mentem* prædictum ignem actualem subterraneumq; perpetuam & communem seu universalem omnium & quarumcunque *Thermarum* causam non existere, sed veritati magè consentaneum id esse, quod *Rochas* non in glorio cum summo expertus, nempe contrarium; quod non ab actuali, sed potentiali tantùm igne, hoc est, excandescente Minerâ calidissimas aquas hæc, seu *Thermas* provenire debeant. Sanè res ita se habet cum *Thermis Carolinis*. Licet enim mons ille totus, unde promanant, quantum quantum est, eruatur, perfodiatur, evertatur, tamen ejusmodi conspicuus & subterraneus ignis invenietur ne utiquam: Id quod imposterum clariùs explicandum etiam Nobis assumemus.

10. Negavimus autem supra, calcem, bitumen, & naphtham, aliaque sulphurea ad suscitandum ejusmodi in Aquis continuum calorem esse sufficientia, imò ineptissima diximus, etiamsi illorum quædam calorem aliunde delatum quodammodo recipere, atq; igni subterraneo ex parte sic transiens pabulum subministrare queant.

11. De calce vivâ sic habe, & cum primis cogita, quàm ardenti fornace silices hi solvendi, & quàm potentissimâ flamma opus habeat, antequam ignitam illam in se concipiat *de vatu* seu potentiam, quæ ex sale postmodum hinc sibi conciliato fixo & inducta ariditate ista, quasi sitiente, proficiscitur, quemadmodum id omnimodè non ignorant *homines calcarii*, qui tantam proinde stragem lignorum ad producendum hunc ignis potentialis foetum insumere necessum habent. Verum utique hic silentio non velandum, quàm

vola-

volatilis & quã breuiusculo tempore durabilis iste sit ignis, utpote
qui perfunctoria liqvoris adspersione exsatiari, imò extingvi rur-
sum potest: Hoc igitur intrinseco fervoris principio semel restin-
cto & dilutione hac semel absorpto impossibile est, elixam hanc
calcem igne redivivo donare, & igneam ejusmodi animam in ea
hic restaurare. Et quis aquã tentabit ignem miscere? Attamen nõ 12.
in culpamus hoc cõ protinus, qui calcis vivæ hic mentionẽ institunt,
ut qualiquali exemplo negocium præsens illustrare, non verò
probare, neque rem ipsam describere conantur. Firmis simò igitur
stat calce, calcem hanc calce continuato perpetui fervoris stadi-
um calcare non posse, sed levi, ut diximus, undã exanimari spe re-
viviscendi & ardoris Spiritum repetendi planè eradicata. Hinc 13.
quoque præter necessitatem dubiæ hesitationi non statim subji-
endum est, quod montes celsissimi meris pyritibus constantes,
& adiduo radiorum solarium æstu torridi, nihilominus ne-
minimum quidem ignis effectum sensui nostro exhibeant:
Ratio est in aperto; nisi enim una cum sale metallici aliquid
sibi habeant conjunctum, talis effervescentia fieri nun-
quam poterit, *quã de re paulò post expositione evidentiori.*
Dicitur confirmationem fide dignissimam ulterius sistimus & dici- 14.
mus, Calcem vivam, licet perfectissimè illa sit calcinata, nullo
modo per se conspicuum inducere ignem, atque materialem
flamam aut lignum, quam vis ex haussissimum seu aridissimum
accenderè valere, nisi aliquid ferri adsit, quod à calore calcis
ignescat, & sic candefactum asseribus contactu suo flammæ com-
munionem tribuat, prunasque hinc cum vivace flagrantia effi-
ciat. Vides hic velut in lucidissimò speculò Metallis Metall-
cisquẽ præsentiorẽ accendendi facultatem subesse, & magis
innatam aptitudinem, quàm saxi, quàm materiebus aliis nudè
& simpliciter terrestribus. Non ab similitè comparatum esse 15.
pronunciamus cum Naphthã, cum Malthã, Bitumine, Carboni-
bus lapideis atque rebus his confinis, quippe quæ magis ido-
neæ sunt, ut materiam suppeditent igni, quàm ut activè & effe-
ctivè eum ex se ac primitus inducere possint. Quid; quod ne ex-
tremè quidem fervida Aqua in sulphureis rebus, quantò & mul-

16. *ed minus frigida focum hic instruere queat. Rursus alii opinione alia prodeunt, & partim agitationi, motuiq; vehementiori, quando nimirum aquis per anfractuum angustias penetrandum, & vi insigni erumpendum est; partim cineribus terræ indefessum hunc Aquæ fervorem adsignant: Sed id iterum adpositè parum, quoniam beneficio motionis refrigerium potius accedit, sicuti nobis non insuetum est, brodia calida, vel ipsas etiam Thermas nimis nimisque fervidas, agitando tepescere:*
17. Ita & minus Terræ cineres negocio præsentī satisfaciunt, utpote qui ipsi, natura sic postulante, flammam ignemqve præcedentem sibi requirunt, & absentiam ejus manifestò testantur.
18. Tandem nec illorum hic obliviscendum putamus, qui ad contubernium Aquarum Duarum vel plurium Metallicarum, recurrunt, quæ licet ad tactum frigida, in congressu tamen ob repugnantiam spirituum & diversam eorum indolem incalescunt, vehementerqve effervescent: Sicuti hoc ipsum ostendi ad oculum potest, v. g. Si Spiritus vitrioli adfundatur oleo vel Sali Tartari, Item, si, Aqua fortis misceatur Tartaro, si jungantur butyrum Antimoni, & Nistri Spiritus, Ubi profectò evidentissima ebullitio & quasi exandescencia in puncto succedit. Verum quis tam felicitis phantasie, aut quis tam infelicitis potius judicii, ut tam incredibilem exhalationem Spirituumqve copiam vel febricitando delirandoqve sibi imaginari posset, quæ perenni & tam subitaneo
19. Thermarum sufficeret decursui? Ergò quum à turba tam absconè sentientium Nos separare intendamus, & veram, genuinam, manifestam, certissimam, clarissimamqve, sed & novam, h. e. à nullo umquam commemoratam perennivivi hujus fervoris causam adducere Bono cum DEO, simus animati, Tuam censendi æstimandiq; Benignitatem, Lector Erudite, præsupponimus: Sin fallat Nos mentis hic noster conceptus, nullam potius, quàm Venalem Benivolentiam nos hamare edicimus. Sed & hoc edicimus, Nos nulli hic mancipaturos, nulliusqve nomen laturus, ita tamen, ut multum Magnorum Virorum labori & judicio credamus, multumqve tribuamus, aliquid nihilominus Nostro quoqve vindicando, quoniam & illi non inventa, sed quæren-

quærenda Nobis reliquerunt. Placet, imò perplacet *Romanorum*
Thales, qui nunquam, ait, inuenietur quidpiam, si contenti fue-
rimus inventis. Qui enim alium sequitur, nil iauent, imò nec
quærit. Qui ante nos hæc & hæc dixerunt, illa & ista mouerunt,
non Domini Nostri sed duces sunt: & sic absurdum est jurare in
verba Magistri, Sanè non odimus *Veterum* viam, sed si propio-
rem planioremque cernamus, cur potius illi non insistamus?
Cæterum per Nos licebit, quisquis etiam ex *Commentariis* sapere
auet. De profundissimis & abditis Montium Fontiumque 20.
abyssis *divinum præfigimus dogma: Fontes & Amnes singuli acque*
omnes, ut ex oceano prodeunt, ita vicissim in illum redundant, deli-
quuntque, teste Cobeleseth cap. 1, 7. Unde factum omni dubio
Fontem aquarum viam desiderat, is Amnem sibi comitem sumat. Pari-
ter à via non aberrabimus impræsentiarum, si verba hæc adplica-
uerimus dextrè, h. e. ad ipsum calorem, de cuius fonte universali
mens Nostra nunc unice est sollicita: Regulam enim seu filum
Ariadnes putamus, mediante quo ram ad centrum, quam ad pe-
nipheriam aquarum accessum recessumque moliri licet. Atqui 21.
jam libet imitandi exercitium hic instituire: Qui fontem calo-
ris quærit seriò, & spuriam ejus originem, quàm passim se pascunt
autores, negligit, is radium caloris sibi jungat comitem,
& omnem fidem à nobis abesse volumus, si hallucinari & à sco-
po sic deficere quis poterit. Hac igitur metâ, & hoc scopò arctius
observatò, à scopulis cunctis securi, nil amplius pertimescimus,
quos aliàs vel minus curiosi homines, vel homunciones incauti
rarò illæsis navibus prætermittunt. *Basin Nostram tali & generali*
statu minamus ratiociniò: Quodcunque subjectum toti Ter-
rarum circulo calorem impertit primariò, ex illo etiam
Thermæ Nostræ & omnes fervorem sbum necessariò pri-
marioque consequuntur: Atqui de SOLE hoc tu subsume, &
sic conclude. Deposces fortè Majoris pariter atq; Minoris proba- 22.
tionem Propositionis? Recte: quam nec denegabimus desiderio
Tuo, sed fusiori filo in gratiam Tui studiosè hanc contexamus.
Ambæ videlicet suo clarore clarent, suaque & diffusissima luce
splen-

- splendidè lucent. Indubitato autem est certum, unamquãque actionem à suo provenire principio, & de nativâ suâ causa semper quemlibet contestari effectum, neque etiam progressum in Naturâ dari ad infinitum, sed omnia suum habere punctum, illudque ad unitatem directum, in quo acquiescunt; Quod ipsum in hac caloris actione, utrâque manu clarissimo solis luminis tribuimus: In Solem etenim perennem Luminis Calorisque scaturiginem & incunabula reponit sapientissimum Lumen, quos nobilissimos etiam effectus sine cessatione tam generalibus Mundi partibus, ut sunt Elementa, quam particularibus cunctis, h. e. mixtis Compositisque omnibus, debitâ imò prodigali quasi abundantia præstat. Hinc factum etiam, ut à *Natura Consiliaria* omnibus sol vocitetur Fons Vitæ naturalis, quem Spiritus quoque Vitæ rei cuiuslibet, seu scaturiginem suam presso pede sequitur, versus eam scilicet Terræ partem, ubi Phæbus hic viget ridetque; Atque aded quidem ut tempore brumali de eo remaneat tantum in telluris abdomine, quantum poscit necessitas ad sustentandum istorum quæ abdita ibi sunt, vitale Robur, ne vigore gelicidii penitus extingvatur, & suffocatione plenariâ adhiuletur, quo de negotio *Nobiliss. Faber adfabrè discurret in Hydrograph. Spag. lib. 1. c. 21 p. m. 85.* Eulogia, quæ passim & passim resonant de saluberrima solis nobilitate, testimonio luculentissimo hæc vel ultrò credenda nobis insinuant, modò auscultare non tædeat electentes solem oculum & cor mundi esse, quod intueatur omnia, quod tueatur, foveat & calefaciat cuncta: Sic secundum alios sol lucidissimum divinæ gloriæ speculum est, item jucunditas & promus condus diei, cœli pulchritudo, Mensura temporum, omnium virtus & vigor nascentium, Induperator Planetarum, astrorum Monarcha, decoret perfectitudo eorum, confortans & Analepticum cujusvis innati calidi optimum præsentissimumque. Calor itaque omnis & omnis planissimè descendit à cœlo seu solis carbunculo, quemadmodum etiam certissimum est extra illum calorem non dari durabilem ullum. Tu solem de cœlo tolle, & vel Sacramento tibi promittimus, cœtera in terris omnia sponte corrivitura sive animantia sive vegetantia, sive mineralia existant, hæc est, cuncta maximo, medioxumo, minimo calore prædita. Imò & ipsimet



ipsimet Planetæ atqve alia sidera vel eorum pleraqve ex fonte
 hoc Solis calorem & lumen jugiter suum hauriunt. Favet hic
 nobis *numquam satis laudatus, nec umquam satis laudandus Faber,*
 quem vide loco jam cit. l. 2. c. 17. p. m. 197. Confirmationis vires
 affatim hîc adferunt defectus Lunæ & aliorum Planetarum, quo-
 rum eclipses vulgò incognitas curiosè observavit in sua *seleno-*
graphia solertissimus Hevelius. Et quamvis res quædam in latissi- 27.
 mo Naturæ campo nobis obviam eant, quæ vel actu, vel poten-
 tia calorem intuitu primo commodare videntur, ut proinde suc-
 crescere cuidam audacia dissentienti posuit, non quemlibet ca-
 lorem ex jam nuncupato principio defluere, nihilominus tamen
 à latere *Jamblichii* stare decrevimus, intrepidè cum illo adseren-
 tes, quidquid boni & doni possidemus, à Sole nos habere, vel ab
 ipso immediatè, vel per alia mediatè. Unde Etymologiarum cu-
 riores non ad eò ineptire ducimus, dum Solem, quod solus luce-
 at, sic vocatum volunt. Quomodo enim dari possent combustibi-
 lia & calorem inducentia, nisi id ipsum prius à fidissimo Patre
 seu Sole fuissent nacta; quin & minime in dubium vocandum,
 nullum penitus in locis subterraneis dari calorem vel ignem pos-
 se, nisi is prius à Phæbeia Lampade fuerit accensus. *Objicientibus* 28.
 ex templo occurrimus, qui aquarum hunc fervorem, & indefinen-
 tem ejus præsentiam à splendidissimâ Solis orbitâ provenire pos-
 se negant, quod Titan hic ubiqve quidem splendeat, non tamen
 protinus ubiqve in aquis omnibus æstantem ejusmodi calorem
 subesse, imò qui ipsissimam præcedunt impossibilitatem, Solem
 non sufficere excitando huic non interrupto fervori: *Hic,* in-
 quam, respondemus, quod non solum Soli, sed primariò saltim
 Eidem in signe hoc beneficium adscribamus, adjungendo videli-
 cet alia mox quoque denominanda. Hæc enim si Soli submini-
 strantur, aut si subministrari undiqve & ubiqve possunt, ubi-
 vis etiam locorum hunc effectum habebimus præsentem.
 Diversitas materialium hic notanda, & in hac ipsa considera- 29.
 tione non ignorandum, diverso etiam effectu hinc Solem
 insurgere: Sic videmus, Solem emollire ceram, sed lutum indu-
 rare; illuminare tenebras, sed candelam lucentem obscurare, &
 sic ulterius. Jam ergò scopo propius adpropinquamus, & 30.

C

materi-

- materiam, in qua secundariò arcanum perpetui hujus fervoris delitescit, pedetentim denominare adgredimur. Sunt autem certa quædam Terræ fossilia, in quæ Sol radios suos penetrantissimè immittit, figit, eaque tam vehementi calcinatione afficit, & fortiter excoquendo ita exsiccat, ut ea adveniens postmodum Aqua, veluti calcem vivam, sed ob metallicam Naturam (quæ semper plus de principiis rerum essentialibus, Mercurio, Sulphure & Sale, quam terrestria reliqua corpora participat) longè potentius & cum impetu longè majori accendat, atque hac ratione æstuaria illa subterranea vehementer exardescant. Sed Minera ista utpotè durissimis profundissimisque Montium cavernis inclusa, atque accedente Aqua semel accensa, reliqua etiam Mineralia in Montibus hinc inde contenta, & ab Aquis hisce adhuc intacta, aut extra illas posita unà cum Sole, & longè efficacius etiam Sole calcinant, exsiccant, & adeò torrida reddunt, ut sic ad æstum recipiendum numquam materia deesse possit. Porro cum etiam in Mineris istis semel receptus æstus rupibus densissimis muniatur atque includatur, nec calor accensarum Minerarum Exitum aliquem liberum excepto scaturiginis loco invenire, aut copiosa atque abundans Minera sufficientibus etiam aquis exsariari non queat, fervor iste Aquarum continuatione perpetuà urget, immò magis magisque in suo sinu multiplicatur, multiplicabiturque, nisi quod DEUS ab hoc salutis salubritatisque luco avertat, magna Montis concussionem & ruinam liberiore prodigalissimè exhalandi exitum sibi acquirat. Et si de sulphure, bitumine, aut alio quovis simili adiposo, vel combustibili Minerali aliquid Montes in gremio suo conceptum haberent, Thermæ hæ Nostræ facillimè etiam, flammam ardentem, non secus ac Italica susciperent, & rupturis Terræ ejusdemque motibus expertes vix essent. Præterea nec prætereundum, illas Thermas, quæ tantâ Minerarum copiâ non valent, ut semel adsumtum fervorem in declinatione Solis perpetuo augmento possint continuare, tum & *autumnali tempore*, aut cessare penitissimè, aut de calore suo ingens quantum remittere; Sole autem adscendente rursus, ut *tempore Maji* pristinas novaque vires recipere:

cipere: Et tales sunt *Therma Piperina seu Fabarienses in Rhetia*
Sita, quæ calorem auctumni tempore amittunt, & verno reci-
piunt, monente *id Fabricio Hildano in operibus suis Chirurgicis*,
quamvis causam rei ne extremo quidem ungue attingat. Tu
noli interim graviter ferre, quod adhuc paulisper Tibi expectan-
dum in horum determinatione fossilium: Noli, inquam, quod
cupis statim tenere, cum & Nobis non placeat semper Victoria
parata. Non auferimus, quod tantisper differimus. Interim
Exastuationis modum ulteriori, exactiori quæ librâ adhuc li-
brandum existimantes, ut fidiorem fidem dictis queamus adpo-
nere, de attentione Tuâ in hoc progressu non amplius sumus in-
certi. Ast, cedo, quis Palinurus inter difficultatum hos fluctus di-
rigit naviculam Nostram? Veni, **Veneranda Chymia**, 35.
Veni & Aulæum hoc Scenicum remove; Adesdum & Siparium
hoc complica. Tu enim es illud nobilissimum Magisterium,
quod curiosissimâ analysi corpora aperiendo, separando quæ uni-
versa animalium, vegetabilium, Mineralium quæ regna perlu-
strare doctissimè nos doces; & cum vires corporeæ suis alligen-
tur principiis, eaq; sine repagulorum refectione aut non dignè,
aut planè non cognoscantur, Tu intima quæ quæ de miserrimâ in-
scitiæ hæc nocte exactissimè eruenda plus quàm materno indice
monstras. Quis ergò iustâ indignatione non detonet conspici-
ens hominùm larvas, & ingeniorum quorundam Lemures, qui
aculeatis calumniarum dictis & odii plusquam Vatiniani aculeis
emeritam de Schola Medica Artem ac fidelissimam Na-
turæ Cultricem vulnerare, omnemque stili impetum in eam
detorquevere non erubescunt. O livor impius! Egregium certè
facinus, quum Ars non habeat osiores, nisi sordidè ignorantes.
Atque hoc tandem tolerandum esset, nisi intolerabilius adhuc
delirarent, & quod ipsi proprio inepto quæ Marte contemptui ha-
bent, aliis quoque ad hanc utilissimæ Artis semitam aspiranti-
bus inferere adlaborant, h. e. tyronibus fastidium Artis & non
intermorituram nauseam felleis sarcasmiss imponunt, ignoran-
tiâ nihilominus aded intorquentes, ut vel rudi animo concipere
non valeant, quid Chymia sit, aut quid præstare jucundo hu-
jusdem

justidem ductu possint Filii. Et quomodo calleant illi, quid in imo
viscerum ac fibrarum delitescat, quum non videant quod ante o-
culos. Turpe est docto Viro proferre aut perstringere quod nesciat.
38. Magna animi paupertas est ignorantia, sed multò majus illud
vitium, quo ignorata culpantur atque spernuntur. Vivat & flo-
reat alma Chymia, prout revera etiam florentissimè nunc vi-
vit, viretque, cujus Filios, cujus Amatores & Cultores, cujus Fau-
tores & Patronos, cujus Patres & Ephoros hic tantum salutato-
rum volumus, ab illis animi inclinationem non absque spe impe-
trandi ambientes. Horum igitur auctoritate & nutu dicemus,
Imò & probabimus Physicam pariter & Medicinam absque
Chymia & ejus noticia res cadaverosas esse & doctrinas
personatas. Pronunciatum hoc veluti novò Sole illustrabunt
jam dicenda, ubi ex fundamento, ductrice ingeniosissimâ
Chymia, hæc omnia ad unguem perputabimus, & quæ ad co-
gnitionis hoc negocium pertinere poterunt, sine invidiâ addu-
cemus. Adsumat aliquis Crocum Martis, non illum quem
39. Thermae canalibus suis & muris adponunt, (quia ille jam aquis est
saturatus atque extinctus, non secus ac calx defuncta, nisi de-
nuò calcinetur iste crocus, quo facto ardorem iterum suscipere,
quodammodò ille valebit) sed nativum, & aquâ nondum elo-
tum, qui in Montium Carolinorum penetralibus ubique est ob-
vius: vel accipiat quispiam Crocum Martis arte paratum,
eumque ut citius Specimen hoc edere possit, igne fortiori calci-
net; Parum enim interest, quoniam calore forinsecus acceden-
te, qui nil quam caleferi huic vel huic rei confert, id calcinandi
munus ad excitandum calorem internum, qui in suo Sale confi-
sit, instituat. Hic autem calor internus Solus & unicus post
semel celebratam Salis exstecationem & ejusdem accensionem,
totius actionis atque energiae hujus est principium ac columna.
Materiae jam dictae sic praesenti & elaboratae, frigefactaeque Mi-
nerae (ne caliditas Croco actu adhuc inhærens rem suspectam
reddat) frigida imò gelidissima Aqua adfundatur, & ex tem-
pore vel oculi momento absque ullo igne ad summam usque; ebul-
litionem tam Mineræ quam Aquæ inflammatio succedet, præ-

sertim

fertim si Aqua superveniens, prout in Thermis Carolinis id deprehendere est, fuerit quodammodo salina & Spirituosa, i. e. Spiritibus salinis non nihil referta: Et hac ratione nullo non tempore & quovis loco Thermas artificiales conficere licet. Sed evidentiorum demonstrationis hujus noticiam illi possidere poterunt, qui ex Marte Spagyrico artificio verum præparare vitriolum norunt; Ibi enim luculenta celeritate videbunt, si paulò largiter ipsi adfundatur Spiritus, quanto impetu & quanta cum ardoris vehementia vasa perfringet succedanea accensio. Aliud 40. è ditissimo Naturæ promtuarium depromimus exemplum, quod tale: *Municipium quoddam* est, quod sex milliarium spatio à nobis distitum, & nominatenus *Schmideberg* audit, ubi extra portam viz duorum vel trium jugerum mensura, tractus quidam, merâ planitie circumscriptus, cernitur, qui copiosâ vitrioli nativi terra æstivis diebus à Sole ad summam rubedinem calcinata est conspicuus, ita ut *Philosophi illi*, qui altiora sibi ex Vitriolo Philosophicè calcinato promittunt, immenso & diuturno hoc labore, hac ipsa si compotes facti fuerint, penitus superfedere queant. Iste igitur locus & terra hæc Vitrioli nativi à natura & Sole fortiter adsiidue sic calcinata non multos ante annos in peculiari Solis æstu, pluviam exiguâ præcedente & accedente, aut alia aquâ ibi locorum adfluente, suâ sponte ita inflammavit, ut multas atque per multas solo isti innatas arbores subitaneo incendio radicibus conflagraverit, quæ ipsa calvities hodiè adhuc visui non est abscondita. Hujus rei *oculares Testes Nos* credas, & exactos Historiæ hujus exploratores: Credas, inquam, curiositati huic non tantum oculos nostros, verum etiam *hujus loci inquilinos* fideliter, fuisse velificatos, qui videlicet nominatam hanc deflagrationem tam bona fide retulerunt, quam cum circumstantiis singulis probè notatam communicarunt. Verum paulisper hic philosophandum, ut intentionis vela apertius, candidusque testandæ inserviendi promptitudinis causâ pandere queamus. Nobis absque hesitantia verum est, quod si *genius hujus loci Minervæ* situ plano non polleret, & palustriæ qualitate haur præditus esset, ut hinc negotio faciliori obaquarunt tam pluvialium, quam ex proximis rivulis

- provenientium praesentiam calor semel conceptus obrui & exstin-
 vi, vel tam libero Jovi expositus adeo celeriter non exhalare pos-
 set, sed in montium conditorio arte includeretur, calorque iste
 non tam subito hinc cessaret, & aequè ut in Thermis Carolinis du-
 raret, continua Thermarum scaturigo ibidem praesens dare-
 43. tur Sicuti nihilominus istius loci incolæ, si chymica rationis præ-
 scriptum adhiberent, quotidiè artificiales seu arte paratas
 habere atque iisdem summa cum salubritate familiariter uti frui,
 44. nullo infumto sumtu, possent. Ignosce sinceritati nostræ, quod
 tam confidenter ejusmodi naturæ arcana in sinum tuum effunda-
 mus. Bigam hic exemplorum clarissimam habes, pro quorum
 communicatione arti jugiter & naturæ gratias refer. Cœcus sit o-
 portet, aut cum desperatione cœcutiens, qui exinde totum de
 Thermis nervum cognoscere non valet. Ni fallimur, manu palpa-
 re hinc licet genuinas causas, quomodo videlicet calor hic suc-
 cendatur, quomodo continetur, vel undenam quilibet sub terra
 45. latitans ignis originè tenus proficiscatur. Longissime autem à no-
 bis absit, ut *Julium Alexandrinum* hic moremur, qui *lib. VII. salubr.*
c. 4. (in quo varias de Thermarum causis opiniones partim recen-
 set, partim & illas refellit) *sententia nostra* obstare videtur, sed vide-
 tur. Sol ipse, *inquit*, tam vehementissimi caloris auctor esse non
 potest, quo sæpè fervent tantopere proflicentes aquæ, ut depilari
 porcos extemplo, volucres deplumari, indurari ova iisdem palam
 videamus: quæ via instat, tanta caloris vis ad profundam terræ
 matricem perveniet, utpote qui vel æstuosissimo tempore resolu-
 tur quasi in ipsa telluris superficie, & *Lucretio* canente, vix potest

— — *Per septa domorum*

Insnuare suum radiis ardentibus æstum.

- Pergit ille ulterius, & hoc refutandi argumentum esse effica-*
 cissimum infert, quod refrigerii causa non tantum potentia com-
 mendemus hypogæis, verum etiam ipsimet, urente æstu, spelun-
 cas subterraneas adire properemus; Unde *Troglodyta* etiam domici-
 46. lilia sua, quantum possibile, profundius excavata construunt. Ast
 infantilia & infirmissima hæc tela sunt, quæ militiam suam non
 adeo difficulter opposito rationis muro perdent; modò manea-

mus in terminis, nec latum digitum recedamus à materia, quæ
dictum calorem debito modo recipere, & postmodum in se-
exardescere, apta est nata. Ipse *Alexandrinus* post longam denique
fluctuationem, & post ignorantie humanæ confessionem ad con-
venientem aliquam materiem tanquam ad sacram anchoram re-
fugere fuit coactus, cujus tamen descriptionem vel modum sub-
ministrare non potuit, agnoscendo duntaxat nudum & nativum
calorem terris quibusdam infixum, dum *ait*: Constat nobis loca
subterranea alia frigida esse, & calida alia: & quædam quidem eo-
rum eo usque calida, ut si materia inibi ad calorem suscipiendum
idonea reperitur, ea validissimè incalescat. Referre quosdam re-
fert, qui refossos ad profundum terræ cuniculos ingressi sunt, & sic
Metallorum venas discurrentes ad tactum calidissimas, igne ta-
men omni absente, invenerunt. Miratur ergò & stupet *prædictus*
Auctor, unde hic rerum calor, ad quas nullatenus vim solis perve-
nire liceat. Et hæcenus *Alexandrinus*, qui in cognitione veritatis
undique hæsitat, & determinationem rei indeterminatam in me-
dio relinquit, præsertim quod viderit in multis aliis Metallis locis
tale quid neutiquam in observantiam venire. Dubiorum hæc 47.
laqueis circa calorem solis irretitus saltim penitiori considerati-
one dignetur aerem, qui libero tractu ubique pervagatur, & agi-
tationi commotionique ventorum omni ex parte est obnoxius,
cum primis tamen in regione media, quæ communi ad sensu om-
nium est frigidissima, & aded pervia, ut radii solares minus in e-
adem figi queant: At tamen si viscosæ & pingves exhalationes ad
concupiendum promptè ignem dispositæ in hac media aeris regio-
ne colligantur, fulgura & sævissimus collisarum quasi nubi-
um fragor a calore solis & contrarietate spirituosarum exhalati-
onum, ut & vaporibus aqueis excitantur, aded ut hoc in loco,
quod de pugnâ contrariorum spirituum, & aquarum supra fuit
commemoratum, tonitruum mentio non omnem penitus adpli-
cationis rationem quidem excludat; Ast cum ejusmodi fulminis
horror ob nimiam materie subtilitatem mox desinat, moxque
transitorius & exspirabilis sit, his ipsis, ut rebus ad Thermas insuf-
ficientibus haud inconsideratè nuncium mittimus; Interim hoc
demon-

- demonstrationi datae non inviti largientes, quod in terra, ubi sol radorum suorum radices altius, quam in aere figere valet, perse-
48. verantio rem longè calorem omninò suscitare non nequeat. Verum nec fidem adhibere nobis forsitan gestis, dum rutilantia fulgura, dum præmicantia fulmina & tonitrua mugientia, prædicto modo oriri arbitramur: Facile enim coniecimus, tibi sufficere antiperistasi calor & frigoris à qua ignem hunc potius, quam à radiis solaribus confieri opinaris. Verum dicito nobis, unde calor ille primus in hac antiperistasi, quæ tam in
49. terra etiam, quam circa illam apertè reperitur. Nos itaque à radiis solaribus ne vel tantillum quidem declinamus, sed mentem nostram ulterius confirmatam damus, tibi Aurum fulminans opponendo, quod ex talibus resolutis, & accensivis conflatum est spiritibus sulphureis: Hoc autem quam promptè & quam facillime, etiam si libero expositum aeri, à radiis solaribus accendatur, ita ut instar fulminis subjecta violentissimo fragore discutiat, *universa Chymicorum corona, & infallibilis experientia* abunde contestantur. Porro ad removendam incredulitatem tuam adhibe lucenti candelæ extinctam, sed adhuc levis simè fumantem, & observabis, quam avidissimè è longinquo etiam hæc flammam exinde suscipiet iterum; prout suapte natura & sua sponte omne simile adpetit attrahitque suum non dissimile: Firmissimumque juxta est illud, quod *proverbialiter* fertur: *Fumo seu Spiritui accendibili flammam semper esse proxumam.* Hæc itaque ut ex naturæ præscriptis promanant, ita repugnare illis foret Gigantum more cum
50. Diis bellare. Naturæ accedit laudatissima & non infelix ejus imitatrix, Artem intellige, eamque spagyricam, quæ nisi in declarando hoc puncto tibi faciet satis, imò nisi plurima hæctenus in sinu posita arcana, & quæ extra causam valuerunt huc usque ob oculos hic tibi locaverit, summè sinistri judicii esse volumus condemnati. *Helmontius* hinc bene ingerit, per ignem & vitra artis ingenio eas absolvi operationes, quæ beneficio naturæ; Pariter enim ut hanc opera sua metiri destillando, irrigando, siccando, calcinando, resolvendoque, & id quidem mediis non diversis. Ignis autem cum primis illud est, cujus beneficio naturam strenuè imitari
- tari
trale
mill
mis
phu
nun
huj
adm
ta,
Sed
alio
stato
alia
bi et
quæ
peri
no, g
to, q
plur
Hoc
& m
bi h
one
nev
Tull
for
rit, o
lam
tale
falc
riur
cer
qui
ne c
osa

tari licet. Ignis est sine quo homo sciendi avidus ad scibilem penetrale indaci penitus non potest. Ignis est, sine cujus adminiculo mille conjecturis deludimur, & cujus auxilio è rebus intricatissimis ad animi sententiam nos explicare valemus. Utut Philosophus acumine iudicii polleat, utut animus natura generosus sit, nunquam tamen ad veram naturalium rerum radicem, & radicale hujus scientiæ fundamentum absque Vulcani efficacia profectò admitteretur. Hoc tibi de naturalium rerum scientia dictum reputa, ad cujus adyta suos cultores manu fidelissima ducit Chymia. Sed rursus ad liceas. Non ignoras tu, quomodo comparatum sit alioquin cum classe absurdorum & inconvenientium, quorum statò & dato uno, vah! quam multa & infinita hinc consequuntur alia. Inverte sis hanc consequentiam; Sane plusquam in aprico tibi erit & hic veritatis ignem effulgescere. Et cur eorum, quæ vera, quæ convenientia, quæ rationi exactissimæ consona, quæ à tot experimentis clara tam sterilis habenda esset ratio, ut dato ex illis uno, genuino, omnibus modis comprobato, & ad oculos monstrato, quamvis recens, excogitato principio, non alio quoque & quam plurima ipsam veritatem in sinu gerentia proficisci nequeant. Hoc faucimento nixi labascere non possumus. En habe tibi mente & manu à nobis liberali manifestissima ejusmodi vestigia, quæ tibi hautquamquam invidemus, ut scilicet ex uno alteroque intentionem nostram eò plenius planiusque percipere non impotens sis, neve novitas rei fortassis te offendant: Siquidem nos non fugiat, *Tullio teste*, ipso novitatis nomine commoveri naturam, novamque formam oculos semper terrere; Attamen spes bonitatis hic suberit, quæ nova sentiendi animum haud dubio commendabit, *Regulam* infallibilem & *axioma* probe observandum lubet præmittere tale: Ubicunqve locorum & ubicunqve terrarum in Silvis saltibusque sponte & natura sua pte ignes subterranei exoriuntur, ibi absque hæsitacione & sine controversia ulla, certò certissimè Mineræ Metallicæ cum Salinis jugiter Aquis delitescunt, quæ accensionis hujus prævia solis exastuatione causæ extierunt secundariæ: prout tempore æstivo, quod æstivosa siccitate flagrat, flammæ hujus subterraneæ emersio haud infre-

- frequens est, attestantibus id vel nostra ætate in hoc *Electore Saxonia* circuitu quibusdam oppidis *Annebergâ & Schmidebergâ*, lociûq;
- § 4. *alii*. Pedem movemus ultra, & ad memoriam hic revocamus modum vulgarem illum, & ad prime familiarem, quo absconditas & ab omni sensu occultè remotas venas scrutari *Metallicas* solemus. De *Virgula* nempe *Divinatoria* illa hic loquimur, materno idiomate *Ole Wünschel Ruten* dictam, in qua sicuti *Metallarii* homines sesquipedali jactantia sæpenumero gloriantur, utpote cujus subsidio augurari quasi divinius de quolibet *Metalli* venâ ac fodina se posse existimant, ita sane etiam creberrima vice decipiuntur, nisi exactam aditamentorum specialium *virgæ* huic competentium habeant cognitionem, quoniam alias hæc *Virgula* vel ad nudam quoque *Aquam* modò parum *salis* (præfertim *metallici*, verbi gratia *vitrioli* &c.) in se comprehendat perperam se movere atque vibrare solet. Ast cautelam hac in re curiosis communicare non piget, ut certiores circa hoc negotium verisantes fieri & esse oppidò queant: Nimirum ex æstuatione solis facta, quam paulò post pluvia excepit, saltus & montes, ut accuratius observentur, jubemus: Illi itaq; si imbrem decisum ex templo instar nebulae densissimæ, ast particulariter in aerem iterum elevent, tu in aerem & ventum, quod hic conspicias, abire non sinas: Latitat enim egregium hic arcanum, de quo antequam plura afferamus, scias *Nauceros Metallariosq;* vulgari lingua hanc ipsam exhalationem die *Buschgrete* appellare, quæ tam densa sæpiuscule cernitur assurgere, ac si fortissimus ignis in saltu præsto esset, quem
- § 6. adfusa *Aqua* extinguere quispiam adgrederetur; Et exinde tanquam non incerta conjectura continuam pluviae pertinaciam, & instantes ventos præ sagire peritâ callent *Experientia*.
- § 7. Secretum autem quod sub evaporatione dicta conditur, illud est, quòd hujus rei causa nil aliud sit, quàm *Minera-Metallica*, quæ sub tellure ista à *Solis* ardore potenter exsiccata seu calcinata est, postmodum verò stillante cœlo accensa ac laxata, humorem rursus & vaporem instar ferri aut lateris candefacti tam repenti inauram transmittit, quemadmodum hoc tota die in *Montibus Carolinis* & aliis vicinitate his junctis ob conspectum venit. Et hic in su-

in aurem veluti infusuramus Tibi, hujus rei veram Causam haec-
tenus & nosse neminem, & notasse nullum. Verum operæ pre-
cium est, ut inhereamus tantisper speculationi nobilissimæ & fi-
dem Tuam dilucidis probationibus præsentis chartæ porro com-
paremus. In mentem nobis venit esse *Metallariis* nonnuquam in 58.
more, ut in rore suarum certitudinem scrutationum figant: Ita
diluculo & matutino tempore, adscendente jam sole, tractum il-
lum, in quo Metalla sunt sepulta, vel in venis latentia ea præsu-
munt, rore delapso exactè visitant, seduloq; animadvertunt, num
terra ubiq; roris madore albicer: Nam aridum ubi inveniunt spa-
tium, ibi Metalli aliquid reconditum esse subita conclusione argu-
mentantur. Laudamus & probamus utiq; hanc industriam, at- 59.
tamen cum Ros ille citò evanescat & hinc vicina loca institutæ
sciscitationi tam exactè submittere non possint, quoniam & illa
propter vicinitatem consensumq; de innata siccitate ac resol-
vendi potentiâ, etiam si metallico foetu imprægnata non sint, par-
ticipent, sit ut observantia hæc, quam nuda peperit experientia, in-
terdum *Metallarios* hosce fallat. Ideoq; obstaculum illud & fal-
lendi occasio pulchrè ab hoc negotio arceri poterit, si causæ junga-
tur scrutinium, & rationis accedat ratiocinium. Quapropter
ex revelata jam à nobis opinione firmitus *Metallorum Magistris*
pollicemur iudicium, quod etiam cum allatis exemplis, o-
ptimè quadrantem locum habere potest indenominandâ genui-
na *Thermarum* causa atq; origine. Residua adhuc meditationes 60.
aliæ ex proposito hoc nostro & novello principio, eaq; jucun-
disimæ atq; utilissimæ adessent, quæ huc adduci mererent, nisi
noster Nos scopus aliud moneret. Interim tamen quidquid sit,
nefas putamus, nisi vel nonnullas dumtaxat, quæ vel sponte se-
offerunt luculentam usus sui splendorem sparsuræ, vel perfuncto-
riâ mentione in hanc Naturæ palæstram producamus. *Metallicos*
hic nominare præstat matrices, & provocare ad *hujusmodi tra-*
ctuum incolat, quibus vel in regione hac *Electoralis Saxonica* amplissi-
mè notum, & notoriè satis vulgatum est, crepusculi atq; primæ
noctis tempore coruscationes, nec non rutilantia atq; vi-
brantia lumina, flammæq; è Terra non secus ac fulgoris cu-
jusdam

jusdam spicula ex æthere, promicare: Neque hominibus istis pe-
 nitus est nescium, hoc ipsum à venis Metallicis aut tellure
 Mineralium perquam divite provenire: Verumtamen qua-
 nam memoratarum Coruscationum genuina exstat Causa nullus
 61. est qui non sileat, & qui non sit ex ignorantia societate. Hanc
 itaque, uti Nobis Candidus apertusque erga *Lectorem* est animus,
 neminem nunc celabimus, proinde expressis pronunciantes, rem
 rei veritate ita se habere: Vesperis aut noctu nascente rore lo-
 ca illa Metallica Solis æstu prius & adhuc fortiter calcinata ob
 advenientem exinde humectationem magis ex candescunt, & sic
 calore hoc viscosas, pingves, nitrosas, sulphureasque hinc inde
 oberrantes & præsentis exhalationes, flammam perfacile susci-
 pientes accendunt, ita ut speciem ignis rapidi, abruptisque nubi-
 62. bus cadentis oppidò repræsentent. Sicuti autem principium
 hoc supra commendatum tanquam *normam quamdam & Cynosu-
 ram Polyæti* Cuivis, sed æquo arbitrio, exposuimus ita argumen-
 tis vel ad tactum claris *Tibi*, imò universo Orbi demonstrabi-
 mus, quam speculatio speculationi, eique multijugæ quasi manum
 porrigat, præbeatque ansam ad causarum veritatem intimius per-
 veniendi sufficientissimam. Mirari sæpè & videmus & audimus
 homines, quin imò & indignari, quod in locis Mineralibus
 plantæ, frutices, arboreque, quasi syderatæ exarescendo
 tam pronè enecentur, aut quod demissè humiliterque crescen-
 do pumiliones evadant, & nodosam tortuosamque staturam fa-
 miliariter adsciscant: Sed admiratione vix opus, cum causa sit
 in manifesto, h. e. petenda à prædicta excandescentiâ & corusca-
 tione canalium Metallicorum, cujus violentia vegetabilibus hisce
 debitum depascitur pabulum, & omnis ferè humiditas, facto
 63. veluti furto, detrahitur. Causam sic accepisti, accipe hinc quo-
 que signum, adèd ut ubicunque humilis & tortuosa arborum
 forma frequentius Tibi obvenerit, de Mineralium & Metall-
 carum venarum, deque exhalationum exinde siccitate certus
 esse, & alios non minus certiores reddere possis. Ultrà in hoc
 64. arcanorum antro, opportunitate fruentes, progredimur, &
 obscurissimam hæctenus *Æoli faciem Tibi revelamus,*
 cujus

cujus impetu quidem vix aliquid est evidentius, ut genio ejus genuino nihil ad huc usque fermè obscurius. Ignosce *Lector*, si *Medici* jam recurramus ad cunabula Nostra, quæ Nobis præbuit benigna rerum naturalium scientia. Rectè enim Medicus ibi incipit, Physicus ubi desinit. Ergò nec Medico prohibitum umquam esse poterit, si datâ occasione interdum utatur & Sacra Physica, auxiliante Chymiâ, exactius pandat. Sanè monstruosus fuit hæcenus boni *Æoli* vultus, quem numero innumeros *doctrinæ Naturalis Scriptores* delineare, & veris pigmentis exprimerè quidem, omnem moverunt lapidem, sed moverunt, & quod cum veniâ ac pace *Tantum Virorum* dixerimus, nil promoverunt. Prodeat hic itidem principium Nostrum præsuppositum, & doceat nos una cum perpetuâ fervidarum aquarum scaturigine vel incidenter veram quoque Ventorum causam. Protestamur tamen, & quidem solemnî formula, Nos hoc ipso optimos *Auctores* inscitix atque socordix nequiquam accusare, sed quod metam ex animi voto non attigerint, potius omni excusatione non dedignari, quoniam ut omne principium revera grave est, ita & cujusvis scrutationis primordium consimilis difficultatis expertus non existit: Graciam proinde, quas sanè debemus, industriæ *Antecessorum* sincerâ gratitudine habemus, & hujus vigore, quod *maiores* effecerunt, posterî perficere non injuriâ conamur, quum inventis addere & ea magis perspicua, magisque plana reddere non ad eò fortè difficulter licet, prout *Futuris* multum de veritate nondum occupata est relictum, semperque relinquetur, *Tractatum prolixissimos*, quos de Ventorum indole & Natura exaratos *Bibliopola* vendunt, aut *Bibliotheca* tanquam in utero gerunt, enarrare & enumerare Mentis lubentia non est, cum pariter nec locus: Neque expectet hic aliquis rerum ordinem & titulos, in quibus abstrusam Ventorum causam doctrinamque quarere operosè laborarunt *Physici*, sed acquiescas, rogamus, in paucis quæ perfunctoriè saltim hic recensibimus. Vide quæso, quem & qualem progressum in hujus rei per investigatione fecerint nonnulli, qui ipsi *Angelis Ventorum Animas* aut adscribere voluerunt, aut ab iisdem penitus non differre statuerunt. Quàm bene

- nè & quam sanè hoc ipsum adferatur ab *his* *Scriptoribus*, cui liber vel palpare licet, nobiscum credenti perpendentiqve Flamina hæc consistere non nisi in puris putisqve exhalationibus, quemadmodum, modò rem accuratè *Lector* considerare non fastidiat, omninò expeditè constabit, Ventos compescere & dissipare pluvias supervenientes Ventorum minas deponere, atqve planissimè cõsumere: *Qua* in re adsentientem *Philosophum politissimè doctum Franciscum de Verulamio in Hist. Natur. de Ventis p. 12.*
69. habemus, quem consule, si placet. Hoc quidem Tecum non negamus, quod Ventorum origines; locales vel locotenus nosse res summè sit ardua, & arduè jugiter inquisitionis, quum *ad hæc*, unde scilicet & quonam hi vel illi Ventorum flatus proveniant, inter res abditas ab ipso *Codice Sancto* locatum atqve notatum sit. *Quis* quid attamen sit, modò nobis liberè philosophari per Te liceat, ventorum originem non infeliciter in semel statuminato hoc principio quæremus, & *missis omisissq; omnium aliorum opinionibus* eam ex Natura & Artispetore depromemus,
70. & promptè stabiliemus. Ad *Tuam* igitur *Rerum Naturalium Scientiam*, quam magnè habemus, hic statim recurrimus, & adferimus, Ventos plerosqve particulares esse, sicuti quoq; & ipsas tempestates: Unde etiam sæpiusculè solet accidere, ut in hoc vel illo loco, in illo vel isto pago aut civitate. sæva Tempesta sæviat, nimbofo turbinis horrore, fulminibus & fremebundis procellis gravis, cum tamen in alio proxumè vicino loco Jupiter placidus sit, atqve tranquilla omnia. Admirari autem noli, sed
71. rimari potius nobiscum junctis viribus insta, cõventus aut turbo seu prester, cur tempesta & pluviz adsiduo sodalicio inter se invicem combinentur: Observa tantummodò & sedulò intruere unam vel alteram suborientem Tempestatem, qui intimiorem hujus rei scientiam ambis, & advortes videbisq; in collectione nubium, Sole & cælo adhuc sudo, in maximo etiam sæpissimè æstu, ne minimum quidem flabrum ventorum vel ipsarum quoqve Etesiarum, etiamsi fulgura & fulmina ingeminent, adesse, neqve tempestatem ipsam originali suo loco moveri aut dimoveri, donec plurescere incipiat, & tellus

cellus à solis æstu fortiter exsiccata, defluente aquâ prius madefcat
resolvaturque, ut ex tempore quasi in hac ipsa per pluviam resolu-
tione & humectatione exhalationum spiracula fuscitentur, quæ
non nisi sursum tendere spirando possunt, atque sic ventorum
auras eò totoque in tractu gignunt, quem turbo tempestatis tan-
git: Quæ sane fieri ratione aliter non potest, quàm ut superiores
exhalationes aut sublatis jam vapores, adultæque nubes exhalatio-
nibus & vaporibus novellis de terra hanc ob causam emissis pari-
terque adscendentibus cum pugna quadam resistant; His enim
cum impossibile sit, ut nubes natu majores graviterque jam onu-
stas altius adhuc mediam supra aeris regionem propellere seu at-
tollere queant, magno cum impetu venti vel exhalationes exci-
tata una cum ipso nubium agmine ac tempestate ipsa prorum-
pant, liberiusque spacium ad latera quoddam, conjuncto quasi fu-
rore citissima cum fuga quærun: Hinc Senecamodo intelligatur
rectè, *epist. 53.* à nobis quoque admitti potest, qui *sordida*, inquit,
*nubes quibus cælum græve est, ferè aut in aquam aut in ventos resolvun-
tur.* Et sensu à natura minimè alieno minusque incongruo *Rhetor
de Nat.* tale protulit dictum: *Quod aer effluens huc & illuc ventos effi-
ciat, & quod secundum stoicorum placita frigidi terra anhelitus, cum
fluere caperint, sint & fiant venti.* Manifesto autem certissimum est, 73.
si hoc in loco quodam, qui Fossilium Mineraliumque à Sole
calcinatorum dives est, contingat motu longe vehementiori
id ipsum fieri solere, non secus ac si aqua super laterem seu metal-
lum candefactum fundatur, ubi insigni cum impetu vaporem &
exhalationem instar violentissimi venti avolare concernimus, &
hæc omnia ad probè per ipsissimam naturæ legem atque expres-
sum ejus statutum. Æqua facilitate atque promptitudine artis mi- 74.
nisterio dictorum probationem valemus locupletare, videlicet
beneficio exempli supra jam à nobis allati, quo super Mineram
calefactam & rursus frigidam fundere aquam frigidam docu-
imus: In hac etenim cuilibet vel ad oculum observare itidem li-
cebit, quod per humectationem eam non tantum terra & aqua
se se accenderint, sed insimul ad instar venti, cum primis in ipsa e-
bullitione copiosas exhalationes confertim sint emissuræ, adeò
ut si

- ut si in phiola, etiam si satis capaci, adfusio hæc instituatür & vitri orificiũ verbi gratia digito arte occludatur, ne ventus scilicet, in vitro suscitatus, libero polleat exitu, vitrum magno cum fragore, atq̃ve impetu certissimè sit rupturam in minutissima frustra passurum. Hoc ipsum qui ex curiosorum sunt corona per vasculum aliquod artificiosum, e. g. per caput opere figulino ornate fictum, cujus vertex esse convenienter apertus, & os minutè foratum debet, melius jucundiusq̃ve poterunt experiri atq̃ve spectitare, in quod, dum materiam calcinatione præparatam, locitando eiq̃ve aquam adfundendo orificium majus seu aperturam verticis presse claudunt, ex oris foramine ventum exeuntem ad modum bellè deprehendent. Neq̃ve te sollicitum faciat materia, quæ si semel ob continuatam humectationem illam caloris anima est orbata, faciliè aut solis æstu aut igne alio refocillari & rediviva fieri potest, ut spectaculo huic denuo egregiè sufficiat, & sic porro.
75. Apparet hoc itentidem quoq̃ve in nostro Thermarum termino, dum magno ventorum cum fremitu Aquas suas altè fatis eructant & exhalationes nebulasq̃ve altius adhuc in aeris sublimitatem mittunt. Hæc itaq̃; de ventis sententia est nostra, quam sententiæ tuæ animo utiq̃ve intrepido committimus, nihil finistri nisi melioris adhuc instructionis puncta à te ex spectantes. Verùm enim verò, cū predicta exempla tibi sortassis adhuc ex asse
77. non placebunt, & unum alierumq̃; dubium tibi exinde subnascetur, dum exhalationibus hisce vim tantam qualem venti sæpissimè nobis exhibent, aut furiosè inferunt, vix ac ne vix quidem tribuere eupis, pro loco hic quoq̃ve respondendum. Ita quidem esse & fatemur, & non differri cogimur, quod nonnunquam inventis aliquid contra naturam, & quasi divina quædam potentia utiq̃ve subit, sicut ex sancta pagina hoc abunde constat, ventorum flabra sæpe flagella esse, & à Justissimo Creaturarũ Præsidi in vindictam creata: Animi, inquam, tam præfracti non sumus, ut inficias ire impio ausu conemur: Attamen quanta & quam incredibilem potestatem nuncupatis exhalationibus per se & naturã suã insit, unicuiq̃ve, qui vel limen Laboratorii Chymici salutavit,
- in

in a
labo
verb
hic
den
viffi
tracl
peri
mat
imp
q̃ve
rali
lixio
ejus
ctuo
hun
mon
mon
do.
frag
mon
nera
sua
copi
rudis
vis, a
gant
atq̃;
ut ex
mon
mina
evan
flore
fide
fuvia

in aprico non esse non potest. Consideret duntaxat *Spaggricorum* laborum non imperitus communes Mineralium destillationes, verbi gratia *vitrioli*, *nitri* & *fossilium consimilum*, atque cogitando hic reputet, quanta cum vigilantia & quam vigilantia cum prudentia prima solummodo exhalationes seu phlegma, quod levissimo exire potest calore, vel in destillationis principio sit pertractandum, nisi amplissima etiam vasa cum summo fragore & periculo quis velit disrupta, cum tamen vix una vel altera libra materia in satis capaci & ultra dimidiam partem vacua retorta sit imposita. Hoc sic evidenter stante, quid exhalationes illæ valere queant & quam vehemens ex iisdem exurgere impetus possit, si ex tali materia in uno atque altero majori monte, in tractuque prolixiori prodeant, præsumtu, vel trimulo erit facilimum. Minerale ejusmodi exhalationes hanc suam violentiam non raro cum luctuosissima hominum strage ostendunt, quando tremantibus humi visceribus illæ defubito impetuoseque prorumpunt, & emota fundamenta fremebundus quatit Æolus, altissimosque montes radicibus evertit novos veluti ex altera parte extruendo. Cum primis autem horrenda in hoc casu ruina, horrendusque fragor suboritur, si cavernis & grandi antrorum magnitudine montes naturaliter sint fornicati; tunc enim fit, ut Spiritus minerales ignei, ac rei que inibi copiose collecti, atque subtilitate sua exitum per evaporationem quærentes, dum libere exhalandi copia propter solidissimam illam ac saxosam speluncarum firmitudinem istis denegatur, ipsam tellurem vel rupes, seu pyrus pulvis, aut importuna hostis sedulitas per cuniculos mœnia, confringant, & hæc fragmenta montium longe lateque sparsa projiciant; atque sic ex amplissimis collibus vallium planitiem aut lacum, sicut ex adverso est tellure plana interdum confusos in comtosque montes efficiant. Tacemus hic *civitatium & insignium adificiorum* no. 80. *mina*, quæ hac interitus ærumna miserime adfecta disperierunt, evanueruntque ac si nunquam extitissent illa; quæ admodum *florentissima Neapolitani circum* pars cum pagis oppidisque supra fidem amœnissimis fumum ignemque evomente & fremente *Vesuvio monte illo Campania famosissimo*, itidem quoque *Pluris urbs*

81. *Mercatoribus notissima hac morte funditus interierunt. Ita sane celluri mortalitatis præcepta sic quoque distitantur, & quæ multis sunt elaborata sæculis, sæpe momentum conficit. Cœpta profecto sic desinunt citò deficiunt sita, structaq; cadunt;*

Et vel summa ruunt palatiorum.

Vasto turbine gravata cum frigore.

- Tanta ergo vis & tantum roboris fulmen inest Spiritibus illis Mineralibus, qui cum primis terræ motum concitant, & funestam desolationem inferunt, si cum violentia & furore cogantur penetrare. Sin verò sensim procedant, & mitiori pede, tunc mites etiam jucundi que halitus & vapores exinde fiunt, sicuti *Experientiss. Faber in Panchym. vol. 2. lib. 5. c. 3.* id latius deducit. Aliud insuper sub calamo rursum pronascitur *dubium*, illudque non leve circa difficilem hanc ventorum eruditionem, quod negligendum hic minime ducimus. *Inquit nempe aliquis*, si ventorum nativitas gremio terræ juxta intentionis nostræ probatum adjudicanda sit, impossibile aut vix possibile esse, ut gelido seu hyberno tempore ortus ventorum sperandus, & quidem hac rationis causa, quod tum non tantum omnis æstus solaris sit absens, verum etiam tellus nivoso tegmine plerumque sit amicta. Sed repagulum hoc proscribere pro maxima facilitate licebit statuentibus, ventorum cunabula non protinus esse quærenda eo in loco, ubi flamina hæc præsentiscuntur, verum ultra potius recurrentum: & tibi ita sciendum injungimus, ventorum materiam ab inferiori Horizonte, ubi tunc temporis æstus maxime æstuat, omnino prodire, & ad nostra hæc climata rigente hic me differri copiosissime; Qua occasione etiam *Verulamii* mentem habere explanatam poteris, utpote qui *sole declinante ventos frequentius spirare ab occasu quam ortu solis adferit*. Deinde pro *sententia nostræ* fulcramento nos dubitamus nulli etiam in hieme & nostro hoc Horizonte ejusmodi adesse exhalationes, prout hoc ipsum demonstratione sufficientissima Mineralium ostendunt loca, adeò ut ea in hac anni senecta omnem nivem absorbeant atque consumant, sicuti in ætate rorem pluviamque. Neque illi sic sentienti hæsitacionem obijcere nobis.

nobis possunt, qui dicunt ab æthere potius quam è terra hanc
flandi materiam proficisci, quod scilicet in principio venti jam
alicujus venturi murmur silvarum increbrescat, & comæ
seu frondes arborum se commoveant: Ex hoc enim nos potius
concludere quimus, non de super sed è tellure sensim sensimque sic
ad surgere ventum, donec libero aeris campo expositus vires suas
planissime exserat, & halitu halitum trudente vehemens capiat
incrementum. Obiter hic recipe causam, cur præ animantibus
eundis porci ventorum exortum præsentiant, nempe quod
in Terra, unde proveniunt exhalationes, alimentum suum callo-
so rostro suo eruere soleant. Quemadmodum igitur Nobis li-
bertas semel & ex proæresi est dilectissima, sic quoque in ea pe-
gere nobis vel præmii loco erit. At vendere hic ventos, h. e. in-
cassum laborare alicui forsan videbimur, qui ex ipsa Occani
abyssio interdum summe furibundos provenire Ventos, & statu-
unt, aut statuentibus credunt. Sanè intuitu primo instantiam
hancee fundamentum nostrum ad extremum interitum pessum-
dare posse à non nemine arguetur, præcipuè quod à *navium pasto-*
ribus, ut cum *Æschylo* loquamur, sæpenumerò proceritatem flu-
ctuum in Ponto exurgere fuerit observatum, antequam vel levissi-
mus venti sibilus perentiscatur. Sicuti hoc ipsum quoque in pe-
regrinatione nostra non raro nec absq; admiratione animadver-
timus. Attamen & hic immotâ veritate basis semel stabilita sta-
bit, omnem scilicet ventum ex Terra pronasci: Id quod ul-
terius probare non abhorremus. Recordamur hic nos aliquando
legisse in *descriptione Novarum Terrarum & Earum inventione*, Ad-
miralem, ut vocant, ceu Architalassum quemdam, cum ipsi in
diu exantlato navigationis labore anceps dubitandi cura, quo-
nam *climate* constitutus esset, occurreret, & alimentorum defe-
ctus in medio pelagi, feralem famem & funestissima quæque
navigantibus minaretur, ex nutu venti obvenientis tau-
dem conclusisse Terram in propinquo subesse, & eam se quàm
mox inventuram: Quapropter hilari voce jussit, ut remis velis-
que navigia contra ventum dirigerentur, factâ scilicet hac sub-
sumptione

- fumione argumentandi, quod undē ventus prodiret res soli-
 da, h. e. pars quædam Terræ necessariò esse deberet. Physicum
 sanè & egregium conclusum, quod hunc *Admiralem* esse dicitur
 tam *penitissimum Maris aurigam*, quàm adcuratissimum *Natura*
 88. *studiosum*. Ergò in propatulo nunc est, unde hic fluctuum tu-
 mor ante ventorum sensum & perceptionem: Videlicet non
 ignotum est *bonis Physicis*, Aquarum suum semper observare glo-
 bum, & si fiat, ut altera ex parte vento feriatur exoriente, turbe-
 turque Marè, statim reliquum ejus corpus in fluctuantem consen-
 sum trahitur atque per insequentiam fluctuum æquorina quale
 redditur, antequam ventorum turbines instante hâc tempestate
 percipiantur, qui tamen mox atque mox impetum suum raticolis
 plusquàm tempestivè sed & intèpestivè exhibent. Tanta est hujus
 89. fundamenti Nostri opulencia, & tanta ejus fecunditas, ut una
 vel altera ejus speculatio multarum sit propemodum genitrix. Sic
 ut multa jam diximus, quæ fortassis lectu non indigna, ita & per-
 multa adhuc dicemus, aut dicere atque edicere potius possemus.
 Ventorum doctrina, & tempestatum hæc documenta,
 ex sæpè laudato principio nata in hoc *Electo* *Saxonico* observan-
 dum quoque præcipiunt locum illum *Numburgensem* prope civita-
 tem ipsam & *portense Gymnasium* situm, quem inquilini *materna*
saute die Wettercheiden nuncupare consueverunt, & quidem hoc
 eam ob causam, quod non tantùm plures plurima quæ tempesta-
 tes, ibi locorum oboriri soleant, verum gravissima etiam toni-
 trua & fulgurantia fulmina notabilissimam sæpiusculè moram
 ibidem patiantur, antequam loco moveantur, & dimota discuti-
 antur. Rationem Tu adposcis, quam ut indagare, sic indaga-
 90. ram Tibi dare & nos intendimus. Profecto multos hujus in-
 sitio occupavit, qui tamen è difficultatis veterno semet suscitare
 ipsos planè non valuerunt. Quid igitur nostri hic valeant hu-
 meri, tentabimus: Tu attende. Nostrâ quidem mente nulla alia
 causa esse potest, quàm quod *sub montibus tractibusque* istis Mineræ
 lateant copiosissimæ, expirantes nimirum sulphureos nitro-
 sosque ejusmodi halitus, qui tempestatibus postmodum con-
 venientissimam suppeditant materiam, qui iis abundantem præ-
 bent

bent accessum, & mirum exinde incrementum: Fit itaq; postea,
ut quò major & intentior sit tempestas, eò fortior etiã & valentior
exposcatur propulsio, ventusq; hinc ad agitationē impetuosior.
Monendum hic quasi *ὁν παρόδω* dignum judicamus, quòd dicta *91.*
Fossilia inflammationem recipere apta, atq; fervorem de se,
prævia quadam humectatione emittentia si paululum profundi-
us in intimis terræ lateant abscondita, neq; sint arctiori rupium
saxorum q;ve vinculo invicem colligata, sed tantum modò nudo
cohereant telluris glebo & postmodum eveniat, ut forte fortu-
na novorum scaturigines fontium ad ea derivatione quadam sub-
terranea deveniant (quorum irrigatione in candescunt) neq;
tamen aquæ hæ noviter advenientes cum exhalationibus suis ab
inflammatione oriundis liberum statim exitum nancisci possint,
facillimè ex nativa violentia pulsam quendam terræ particu-
larem efficere possint; In quo postea pulsationis tremore terra se
aperiens & hiando elevans, vel etiam loco se movens foris in-
fixa, herbas scilicet, frutices arboresq;ve cum stupore spectato-
rum procul projicit. Præstat hic *casum* referre, quem nuperrimè *92.*
trachus Numburgensis prope Laubensium incolis exhibuit *oppidum*,
& Tibi *Lector* Benivole exemplum hujus rei sumè egregium: In
illo etenim loco per aliquot mille passus fermè Tellus cum arbo-
ribus proceris, & operoso vitibus agro de supercilio montis cu-
jusdam in sublime sese extulit, & sensim sensimq;ve cum magno
fragore propter avulsas arborum profundè infixarum radices ad
pedem montis descendit cum multorum fontium recentibus,
& ante hæc in montis cacumine numquam visis scatebris. Exacti-
us autem miram hanc telluris Metamorphosin recensuit nobis
colonus quidam, qui hujus ruinæ aëtui ipse interfuit, & jacturam di-
midix partis vineæ suæ oculis absq;ve dubio haut latentibus
adspicere fuit coactus. Sed rupturæ hujus ratio ex Naturæ
gremio & prædictis Philosophiæ nostræ regulis promptâ facilitate
dari jam poterit: Cerrum autem est, fontes illos tantum violenti-
æ tyrannidem telluri & arboribus per se inferre mentivam po-
tuisse, nisi cum vehementer urgentibus exhalationibus
fuisent conjugati hæ etenim Terræ hujus sinum, non secus ac

- talpæ rostro suo effodere solent, super se accumularunt & hinc
 inde acervos valdoperè tumentes excitant, & denique totam
 nominatæ humi circumscriptioem de loco ad locum facto præ-
 cipitio traduxerunt. Et sane hæc ipsa translocatio ut abun-
 dantis, & in Montis viscere latentis pedetentimque ante hac
 calcinatæ Mineræ adscribenda est, ita à primo auditu tale no-
 bis rationis hac de re argumentum fecit atq; indicium; Nempe
 incendium hoc Mineralium à recens advenientibus fontium
 venis exhalationes copiosissimas, peperisse, & ab iis
 impulsus hunc, Terræ motus affinem, fuisse suscitatum.
 Neque conjecturam nostram sefellit ocularis inspectio, utpote
 93. quæ firmiter post firmavit animi nostri sententiam. Ita nemq;
 in radice totius montis Saxum Venereum, & in latere hujus
 rupturæ dextro Terram per tempestatum vicissitudines è Saxo re-
 clusam ex una parte rubicundam, & eandem rubicundam ul-
 terius per influentias cælestes referatam, ex altera parte planè
 æruginosam, & veluti æs viride tam oculis conspeximus, quam
 pedibus calcavimus: prout tota *Numburgensium ditio & vicinarum
 juxta locorum Tractus* sat dives & abunde fertilis hinc inde Mi-
 nerarum est, ut aliis propterea parum aut nihil cedat, quemad-
 modum & Metallorum principum ibidem loci luculenta non
 94. defunt vestigia. In hac ipsa *appellati circuitus* perlustratione,
 cum à *Numburgo Sale flumen* trajecissemus non procul ab illo (res
 sanè notatu dignissima) Fontem offendimus, qui tum temporis
 quidem Animâ suâ, h. e. aqua carebat, at suo & certo tempore
 scaturigine fœcundâ gaudere solet. Sicuti ibidem Fontes non
 pauci modo pleni modo & rursus vacui opperiantur,
 unde & has ipsas scaturigines *vulgari ore Temporaneas* nostro autem
 95. die *Hunger-Quelle* vocitantur: In fundo igitur fontis hujus
 cuncli lapilli diversi etiam generis atque coloris diversi tam mol-
 les erant & cerei quasi, ut manibus dentibusque instar mollis ar-
 gillæ diduci possent: Illi verò lapilli qui extra fontis hujus rivu-
 lum ab aqua scilicet olim intacti jacebant, licet ejusdem planè
 96. speciei, naturali sua duritie omninò pollebant. Exinde nisi quis
 difficilis

difficilis sit ingenii non difficulter colliget, quanta virtute &
 quantâ agendi valentiâ aquæ hæ in Terris absconditæ debeant
 esse præditæ: & eò feliciter hujus efficacitæ scrutinio se insinua-
 bit, qui meritiſſimam Chymiam, Virginem inter Artes
 munificentiffimam osculo Amoris laborisqve amplectetur.
 Ex hoc enim notabili effectu Sal Hermeticum atq; Centrale, 98
 omnia atqve singula etiam duriffima resolvens corpora ita se pro-
 dit, ut haut melius Leo ex unguis sui vestigio. Cognoscat hinc 99.
Lector Curiosus decantatiffimam Cerevisiæ Numburgensis
 Virtutem, quæ ut hætenus à posteriori, eam laudantibus & u-
 surpantibus non fuit ignota, ita ut à priori quoqve omnibus sit
 nota jam præmissa investigantibus inserviant. Ergò ante ocu- 100
 los nunc est, cur *incola Numburgenses & eorumdem adcola* calcu-
 loso & arthritico cruciatu non tam frequenter, imò rariffimè
 adfiantur, quam *aliorum locorum inquilini*. Nos sane non mira-
 mur, cum uti jam declaravimus illi familiariter cum cibus & pro-
 potu his utantur aquis probè solventibus. Neque dubium est
 nullum, quin fons ille jam commendatus, si profundius ape-
 riretur, excellentiffimum lithon-thripticum sit largiturus
 medicamen diligentè inqvirentibus, cum vis ejus ex manifesto
 hoc emolliendi indicio reliquis aquis longè sit potentior, & lon-
 gè utiqve præstantior. Verum & de hoc puncto satis, ubi osten-
 dimus in rebus altiffimis vix medioeritatem locum habere; sicuti
 humanis insitum ingenii est, quæ modum non facile in iis ser-
 vant, quæ supra modum, aut quæ fortassis stimulante necessitate
 publicoqve bono monente solertiozem indaginem sollicitant.

CAPUT III.

*Chymia errores probe ovellit, 1. Contenta Thermarum, 2. 4. 26. 33.
 Ab Autoribus confuse denominata, 3. Non omnia Mineralium loca
 Thermas progignunt, 5. 29. In naturalia quomodo inqvirendum, 6.
 Sal inter Carolinarum contenta primum, 7. 9. 11. Enigma de
 Sala. 7. Salium in thermis diversitas, 8. 10. Thermarum calor re-
 missus*

missum vel excellens, unde, 9. 13. 24. Omnes Therma Sal necessario continent, 10. 11. Ratio, 12, 19. Summus Carolinarum fervor à copia Salis, 14. Rochas sal egregie definit, 15. Salia acriora, ut Arsenicum, & dulciora, ut Saccharum, à defectu aut excessu humoris calorisque, 17. Calida corpora sunt Salina, 18. Sal verum resolutionis principium; quod probatur per nitrum & fulgura, 19. Non penes omnes Salinas aquas Therma reperiuntur, 20. Philologica quædam circa nobilitatem, laudes & virtutes Salis, 22. Carolinarum Contentum alterum, seu Vena Metallica, 23. Præstantior fervoris gradus à Marte & Venere, 24. Crocus Martis in Carolinis copiosus, & natus, 25. Novus metalla investigandi modus, medio & 26. 27. Amalgama & præcipitum Mercurii Martiale, per thermas, 28. Contentum Carolinarum tertium, topus & calx ferruginosa, 30. Continua ejus accretio, 31. Therme Apennina in Italiâ, 32. Sal in Carolinis quale, 34. Aquarum Thermalium perennis adfluxus unde, 35. Thermarum cura, quam in conservando earum vigore sustinent civis, 36.

1. **V**eritatem seriò ferere nostra ut intentio est, ita errorum stirpes radicibus excindere animosò animo pergemus, semper provocantes ad Anatomem Spagyricam, quæ sola est illa Helena verum & legitimum Nepenthes, in quo omnis malè conceptæ opinionis oblivio, maternè propinâs. Et ita ni fallimur hætenus causam illam Thermarum externam & primam h. e. in cendentem vivis forsitan coloribus delineavimus, quam in radiis solaribus consistere argumentis undique clarissimis deduximus. Jam ad interiorem tunicam,
2. propositò nobis ordine, accessum rectè facimus, *puti*, ad Causas Thermarum Internas, seu Earumdem Contenta & intestina, quoniam Solis calor tantum effectum tantummodò per se aquis minimè possit inducere nisi adæqvata adesset, in esset subessetq; materies, Quæris ergò, *Lector*, quænam illa contenta? Scias semel propositam Nobis libertatem esse, quæ & hac in parte liberè nos eloqui jam imperat. Non defuerunt *Autores & Scriptores literatissimi* Thermarum contenta, nempe Mineralia & Metal-
3. la multa

Iam ultra variaque denominare, laudare & explicare, sed (proprie
Nobis sint Eorum Manes) semper neglecto genuinae rationis fūdamē-
to. Verum *personalia* hic tangere quam longissime est à scopo
nostro, quin imo concordēs hoc in puncto cum iisdem sumus,
contenta Thermarum in Mineralium & metallorum
naturam esse ponendam: Sed quā ratione, & ex quo rationis Ca-
pitae, nunc videamus. Hoc autem prae mittendum statim est cali-
das eiusmodi Aquas non penes quavis Mineralia aut quaecun-
que reperire Metalla. Ohe, *Tudices*, ingentem labyrinthum ingre-
dimini, quomodo igitur ex insigni hoc dubio, quod exinde pro-
pullulat, Vos extricabitis! Nimirum sic putabis hanc mentem
nostram aut falsam simpliciter esse, aut obscurissimam. Sed ad-
vorte animum, & accipe, peculiarem adhuc in Mineris jux-
tim & Metallis se lectum esse statuendum instituendumque, quam
diversitatis rationem Tibi jam dandam & enucleandam censemus.
Quā via ergo profundissima cognitionis hujus latebra erit adgre-
diunda? Eundem sanē hic per obstantia, quae tamen efficere, ut
cessemus non valebunt: Sicut nec viri est, ullum timere sudorem.
Hanc igitur eligamus semitam, quae calcanda semper atque sedu-
lō est obscurum naturae antrum adeuntibus; hoc est, quod morta-
libus nobis à priori indagare ac cognoscere non licet, id à poste-
riori perscrutatione facta adprehendamus, accedamus. Quocirca
Thermarum nostrarum & aliarum quoque quarum aditus non dari non potest, hae
methodo à nobis studio diligentissimo nūc inspiciendae rimandae
atque examinandae veniūt, ubi perspectis observatisque earum contentis
facili conclusione postmodū descendere in arenam quimus, & qui-
dem hoc circiter argumento: Ubi haec, ista vel illa, ceteris ta-
men perpetuò paribus, dantur ac reperiuntur contenta,
ibi Thermarum scaturigo quoque praesto sit necessum est, &
è contrario, ubi haec & consimilia absunt, ibi & absentia Thermo-
rum quasi necessaria. Quanam itaque & inspecie denomina-
ta sint illa contenta, ordinatenus, ita ut quam maximè ad Ratio-
nis trutinam nos dirigamus, dilucidè jam exponentur atque pro-
virili demonstrabuntur. Omnium autem contentorum, quem- 7.

admodum id tam sapissimè quam manifestò percipere visu, gustu, Tactu, vel alio, quicumque is etiam sit, probandi modo, licet, in Thermis primum est ista Maris soboles SAL, de quo illud ænigma,

*Filia Maris sive Mare concretum in Creta,
Ligneo in Campo ubi Caro humana ossibus ludis.*

- Quod ex *Diomede vel obiter* explanare non piget: Scilicet Mare concretum Sal est, quod ex Maris aqua conficitur, in Creta, hoc est vase seu salino fictili ex argillâ & Cretâ factò; in campo ligneo, id est, in mensâ ubi Caro humana, seu hominis manus ludit ossibus, vel tesseriis & astragulis. SAL scilicet hic nominavimus, quod tamen præ reliquorum contentorum varietate ad unam magis vel alteram speciem tendit. Hæc scilicet *sententia nostra* est, quam *Magnorum Autorum auctoritates*, imò *cunctis* qui Thermas suo adornaverunt stilo, egregiè fulciunt. Sic *Gyilielmus Fabricius Hildanus in suâ observ. pag. 646.* de Thermis Leucensibus tradit, quod Venereæ sint, & sulphureæ, Vitriolatæque; Itidem quoque de Thermis Piperinis *p. 662. adserit idem*, quod illæ ex Auro, Ferro, Cupro & Nitro constant, quarum tamen has minus de Sale participare oportet, quoniam teste Eodem, nullum saporem, fermeque odorem nullum habent: Et hoc ipsum Causam luculenter ostendit, cur fervor earum non admodum sit strenuus, sed ita temperatus, ut quilibet, cujus etiam sit ætatis complexionisque, statim in exortu earum absque difficultate illum perferre atque sustinere queat. Porro de Töplicensibus in Bohemia Thermis firmatissimum testimonium publicitus exstat, quod illæ, inter alia Sale, alumine ac Nitro omnimode gaudeant. Plura denique exempla, qui robustiorem asserti indoctionem concupiscit, is adeat *Martini Rulandi 3. Bücher von Wasser-bädern / Abderlassen und Schröpfen / ubi 82.* Thermis, quas Germania tribuit, omnibus atque singulis copiosa salis hujus vel alterius adseribit. Verùm procul & longiùs ire foret evagari, & metam instituti relinquere: Ergò animi oculos ad nostras vertamus Carolinas, in quibus Sal abundare & peculiari virtute adesse deprehende-

hendemus perspicuè; neque deerunt hic testes, quibus id planum
facere licet, uti sunt *Dn. D. Strobelbergerus cap. 2. Fabian. & Martias
Summeri cap. 4. & qui sunt alii*, qui Salis presentia debitum his
suggerunt testimonium, neque ullus inter Autores existit, qui una
voce & mente non consentiat. Congruis ergo *Nobucum*,
Salem Carolinis, quid *Carolinis*, imò omnibus aliquid salis in-
esse? Rectè: quin etiam hinc dicimus in super rationem atque ef-
fectum, requisitò inevitabiliter necessario, sibi hanc Salinam de-
postulare animam, id quod clarè trademus probatum. Etenim 12.
aqua *Thermales* nisi *Salinae* essent, de venis & rebus metalli-
cis, quae ipsis omnem afferunt efficaciam, nihil resolvere atque
nihil de iis in semet recipere possent. Evidens hujus sententiae
nostrae exemplum subministrat adpositè *Faber in suo Hydrog. Spag.
pag. 143. & seqq. cap. 7.* dum ait, in regione *Gallia Pislavia* dari pute-
um prope pagum vulgo dictum *Bouperè*, in loco *la Ramee* vocato,
qui ex cavatus intra ipsam & copiosam *Antimonii Mineram*, &
ex quo, seu ex illà *Antimonii fodinà* aqua guttatim ad siduò exstil-
lat, neque tamen aquam ulla continere *Antimonii* virtutes, aut
qualitates, sed optimam potius esse & digestionis facillimam, quam
omnes loci incole pro quotidiano usu bibere solent, & ipse Auctor
eam comperare non abhorruit, nullo planè cum ventriculi in-
commodo, sed maximo potius cum emolumento ac robore. Hu-
jus autem rationem rei unice in eo sitam esse adserit *Doctissimus
Faber*, quod ista *Minera* vel aqua potius, salis careat natura. Ulte-
rius autem & pulchriori experimento rem ille sic declarat: Recipi-
atur *Antimonium crudum*, & immittatur, quamdiu placuerit,
aqua & si tepida seu calida, imò perquam fervida, & patefcerit
nullas in tali aqua succrescere virtutes *Antimoniales*, modo vi-
num aqua non permisceatur, quia illud beneficio salis sui volati-
lis virtutes *Antimonii* attrahit, & sibi adseiscit. Exposcunt 13.
quoque *Thermales aquae* omninò contentum hoc salinum,
cujuscumque etiam illud sit tandem speciei, & id quidem ad ipsum
aqua fervorem, utpote cujus potissimum *Sal* adjuvans est cau-
sa; Quo enim saliores sunt aquae, quas *Minerae Metallicae* na-
tant, eo etiam magis ebulliunt illae, & effervescent, uti contrarium

- in Thermis Piperinis hanc ipsam ob causam paulò antè mort-
14. stravimus. Hæc igitur vera ratio est, cur Carolinæ Nostræ Ther-
mas quam plurimas fervoris sui excellentiâ antecellant, quod
scilicet sale copiosiore exuberent. Verum quidquid jam à No-
bis fuit prolatum, id nihilominus suos adhuc habebit titubantes,
qui paradoxo characterem pronunciatò nostro imponere hinc sa-
ragent: quamobrem & ulterò nobis incumbet, residuos evellere
scrupulos, & dubia omni conatu expedire. De alieno ut fide-
dictorum stabiliamus, jam liberales erimus: Sed cur alienum di-
ximus; nostrum sanè est quod verum est, & nostrum utiqve est,
15. quidquid verè unquam ab ullo dictum, & scriptum fuit. Op-
portunè ergò hic nobis suppetias fert *Experientisb. Naturalium*
scrutator Henry du Rochas de l'Anatom. spagiriqve lib. 1. Cap. 4. de
l'aux nitreuses p. 154, qui Nobilissimum hoc Salis attributum
ex ipsius statim definitione adpositè eruit dicendo, Sal est i-
gnis potentialis & aquosus, vel, est aqua quædam terrestris igne
16. videlicet imprægnata. Et hoc postea pluribus aliisq; in locis
ulteriori explanatione præclare extendit, basiq; hæc innixus p. 155
sic insurgit: Nihil plane reperitur, quod tanto redundet calido
& humido, quam Sal, & hic ipse calor continuò contra humidum
agendo, & motum agenti impertiendo contra patiens, efficit, ut
hinc proveniant operationes omninum maxime insignes atq;
perfectissimæ, quæ unquam poterunt produci, in quorumcun-
que etiam id regno fiat. *Pasiter solertissimus Auctor pag. 156.* quali-
tatem hanc ultrà magnificat hoc sensu: Salium acrimonia tantò
vehementior & magis corrosiva est, quantò plus calore abundat,
& humiditatis defectum patitur; Nam calor ille sic efficitur ar-
dentior, & proinde contrarias generat operationes, sicuti videre
est in *Arsenico*: si verò sal abundet humiditate, & in calore defici-
at, acrimoniâ destituetur, & dulcedine gaudebit, *veluti Saccha-*
rum; aded ut ex defectu aut caloris aut humoris planè
18. diversa oriantur salium temperamenta. *L. II. c. 3. p. 130.*
sic concludit *optimus optima fidei auctor*, quod omne corpus Sa-
le abundans calore etiam sit quàm maximè adfluens.

Sed auctoritatem Viri peritiss: hic citasse sufficiat Nobis, qui ad va-
lidum Rationis pondus probandi animum deflectere nunc volu-
mus. Ad considerationis Tux libellam saltem revoca Salpeera seu 19
Nitrum, nonne illud calorem suum, imò ardorem, imò ipsissi-
mum ignem sat abundè & satis evidenter demonstrat, quan-
do videlicet illud vel tantilla pruna accendit? Nonne ignis ejus-
dem longe facilius solidissima atq; durissima penetrat metalla,
& liquat, quàm ullus alius ignis? Pondera sis fulgura atqve ful-
mina, quorum ignis in hoc potissimum sale & sulphure quodam
ac quidem ratione descensus, Metallico constat, atq; proinde
miranda præstat, nec non stupenda. Intimius Salia quæso respi-
ce, & dic Nobis, num illa calcinando non omnia resolvant cor-
pora; licet prædura & quasi Adamantina? Et hic effectus revera
adæquata est proprietates, adeo ut, *judicio quidem Nostro*, de calore
salis interno & potenti ali nullum amplius nobis restare videat-
ur dubium. At nihilominus quosdam adhuc adserto occurrere 20
nostro persentiscimus, dum multos dari Fontes ingerunt & sca-
turigines salvas, ubi tamen ferventes Aquas seu Thermas non
protinus reperiri instant: quàm nos quoq; levidensem instantiam
concedimus promptè, quoniam nec mentis inclinatio
est, nos Thermarum Naturam considerantes in præ-
sentia salis acquiescere protinus velle: ut enim Soli
soli hic effectus impossibilis est, ita quoq; & soli Sali; Quam-
vis tamen Soli (Sed calori alicui substituto) & Sali conjunctim
operantibus aliqualem caloris gradum suscitare quodam modo
integrum sit, uti id ipsum *ex operationibus Chymicis* oculariter ad-
parer, nec non salinis salurisq; quæ gelu non constringuntur,
quemadmodum quoq; illi salis aquarum campi, etiam si libero
undiq; aeri sint prolicui. Non in observo quoq; est, quàm arti- 21
dam anxiamq; sitim & calorem abundans corporibus Salpe-
numero inducat, id quod ex halecis, atq; aliorum eduliorum sal-
forum esu promptissime licet colligere. Sed ut Soli antea, Sic & Sali 22
nunc quoq; quoniam ab eo digrediendum nobis est, quosdam
Encomiorum flores dicabimus. Tu collige eos, si placet, quos
Tibi



Tibi non invidemus spargentes. Sale nihil utilius à *Doctis*, *Prover-*
bi titulo, commemoratum est: Quis igitur Thermarum utilita-
tem hujus præsentiam magis nobilitari ambiget? præsertim quum
hoc balsamum omnibus penè mistis benigna immiscuerit Na-
tura, in quibus loco coaguli præstare docetur. Unde etiam à
veteribus in fœderibus tamquam unionis tessera, Sal, præstantissi-
mum illud Naturæ vinculum, erat usitatum. Apud *Hebræos*
nefas erat absq; sale ullam immolare victimam: Et *Hispani* olim
tantâ reverentiâ sal coluerunt, ut digitis illud è Salino non ad-
prehenderent, sed gladiis suis exciperent, *referente id Bernardino*
Gomesio d. usib. & Encom. Salis. Quid quæso sal porro est? Puritatis
salubritatisq; parens, sine quo & Therma Nostræ utraq; hac vir-
tute carerent. Fons & origo condimentorum vocatur sal ulter-
rius, sine quo mensa est profana, & infautum quodvis convi-
vium: Unde etiam sal Mensæ quoddam Numen, magna ejus Ani-
ma & veluti sol nuncupatur. Sanè sal uberrimus Naturæ fons
& bonorum est horreum. Regia salis est potestas; *Tu hac omnia*
ad Thermas jam adplica, & dicito Nobis; Pergite vos quocq;. Ergo
23. cum enarratæ à Nobis causæ ad provocandum talem & tantum
caloris effectum sint adhuc insufficientes, nostrum utiq; porro
est, in harum pervestigatione Thermarum ulterius non desinere.
Ponderantes autem proinde cum industriâ ipsas earum scaturigi-
nes ut & quoscumq;, qui de his instituerunt tabulas, utraq; ex parte
compertum nobis evadet, Thermis numquam non secundo
contentorum loco venas attribui Metallicas, ex quibus ta-
men ad productionem hujus effectus alia aliam antecellit ante-
ceditq;, aut majori aptitudinis titulo celebratur, aut minoris effi-
24. caciæ famâ indigitatur. Et quamvis reclamari non possit, quod
Metallum quodlibet, *laboribus Chymicis id probantibus*, calcinatio-
ne præmissa per alicujus humoris salini vel spirituosi adfusionem
calore quodam incitetur, tamen quæ copia sulphuris vel salis
circumfluunt magis, uti sunt Mars & Venus, longè potentius
25. incallescere ea, probabilius est: Quare etiam ista metallorum
biga præ ceteris familiarius crebriusq; in Thermis prædominium
obtinere solet, sicuti Crocus martis & veneris ibidem ut pluri-
mum

inam in substantia reperitur, & ille quidem in Carolinis Nostri-
clarissimè in oculos incurrit, utpotè qui non tantum in ferventi-
bus aquis resolutus, verum etiam ibi in montibus passim passim-
que natus sui copiam facit. Terram autem hanc rubram ibi-
dem natam reverà Crocum Martialem esse convincunt statim
Saxa Montium horum, item, Crocus Martis ex eorum rimis fis-
surisq; nativo vultu ubertim proveniens, & deniq; crebriores of-
ficinæ, ferri fodinæq;, cujus metalli secundum olim proventum
eam exploratores quàm excultores abunde testificati sunt & adhuc
quotidiè vicini tractus sufficienter, fructus hos suppeditando, fide
suâ id roborant. Et quamvis Mineram Martialem confertim 26.
hic pronasci satis se perq; comprobatum fuerit, ac fide indubitata
constet, attamen propter insignem res metallicas adcuratissimè
perferutandi cupidinem novam quendam Thermarum con-
contenta exqv. sitè probandi rationem instituere nobis pla-
cuit tali circiter modo: Observantes scilicet, celebrata in specti-
one assiduâ, Aqvas has Carolinas in suis aqvâgiiis, beneficio causæ
& motus naturalis, dum originem suam egressæ ob ambiens fri-
gus refrigerescere incipiunt, contenta sua ordine justo, & primò
quidem Crocum quasi graviorem, post topium quendam, &
tandem quoq;, salis veluti florem deponere, ex processu hoc pul-
crè naturali non dubiis indiciiis facilè conjecimus res hæc foris
ad solras & contenta jam dicta in utero scaturiginis prius singu-
la & cuncta medio aquæ fuisse resoluta, & per ebullitionem fer-
voris probè unita: Postea metallicam istam in aqua naturam dum
infallibili ratione sic ad secuti sumus, eam beneficio Mercurii
seu Argenti vivi ex Thermis astute extrahi posse, *fidissimè dictante*
Chymia, conclusimus. Ecce periclitationi sine periculo rem di- 27.
ctam subjecimus, & Mercurium purum pellucidumq; vitro, (aper-
to tamen, ut eundem Thernæ possent adluere) inclusum, in ca-
nalem quendam propemodum prope scaturiginem imposui-
mus; & hoc quidem eâ fini, ut experiremur, num Mercurius colo-
ris sui lucem ita sit amissurus, num ex aquis aliquid adtracturus,
& sese cum metallica hæc indole conjuncturus. Et sanè ex animi 28.
sententiâ

sententiâ effectus spei respondit: Adeo paucò dierum spatio & paulo post Mercurius Nolter fusca gryseaq; facie horruit, & pristinam fluendi agilitatem, non nihil amalgamatus, fermè amissit. Hinculteriori statim collectione subsumimus, Mercurium hunc, si diutius fervori harum aquarum committeretur, currendi lubricitate magis privati, & sic in amalgama perfectum, vel præcipitatum Martialem deniq; transmutari posse. Prolixitatis carceres occasione hac, perquam opportunè datâ, num hic ingrediamur, & metallorum amalgamationes interiori libare attendemus? Non profecto: alterius enim voluminis forsam aliquando id erit, ubi, si per negocia licuerit, hanc difficultatium personam demere adnitemur. Sed hic rursus in dubium Te verti sentiamus, dum opponis venas metallicas easq; per plures hinc inde reperiri suis jugiter scaturiginibus non carentes, nec tamen in his locis omnibus Thermas promanare. Sed pudeat, Te nos iterum scrupulò tam exiguo moræ molestiam creare; eum enim ut prædicta jam plus quam satis sequestrarunt, ita & illum modo considerare circumstantias non fastidis, facili pede poteris effugere. Si enim aquas illas vel minus salsas, vel venas quoq; metallicas alterius cujusdem, quam Martialis veneræq; speciei vel porrò loci situm à facie solis aversum nimis, vel deniq; venas ipsas non rupibus, sed terræ glebis comprehensas cognoscendi iudicio prosequaris, omnis perperam dubitandi ratio Te statim relinquet. Contentum deniq; Thermarum tertium sistit tephaceus ferruginosusq; Lapis, de cujus perpetua ibi locorum accretione verba nonnulla quoq; faciemus. De hoc autem lapide scias, eum nullò discrimine diversum à saxo Montis ferruginoso exillere, utpote quem nihil aliud esse arbitramur, quam lapidem calcarium Martialem, prout non procul à scaturigine *penes oppidi Templum* ille varii coloris effoditur, atq; postea exinde ferrumen cæmentorum efficitur. De continua autem hujus in canalibus & balneis accretione hoc monere adhuc intendimus, quod hæc ipsa non aliqua nova sit lapidis generatio, sed tantum ejus antea in montis faucibus, beneficio caloris, salium

liam
 pro
 prac
 crus
 quo
 gn
 piol
 mar
 etia
 ris t
 tant
 mar
 cet
 lian
 pro
 alia
 sup
 rem
 reu
 ditu
 sum
 da e
 qui
 nar
 fluv
 sam
 Ad
 o q
 nob
 à fl
 ut
 nar
 fic
 fact
 nu

liam salinorumq; Spirituum, resoluti, atq; in loci frigiditatem
producti post amissum calorem & factam evaporationem *adfidua*
precipitatio, atq; sic dicere liceat, *crystallisatio*. Neq; lapidea hac
crusta canales parietesq; Carolini tantum circumteguntur, verum id
quoq; aliis in locis accidit, ut à calentibus aquis lapides progie-
gnantur, sicuti *apud Apanum In Patavino Circuito*, ubi tantò co-
piosior materia durities & difficiis adcrefcit, quanto scaturigo Ther-
marum ibi contingit locupletior, quæ tanta est, ut molendinum
etiam hæc balnei aqua per convallem decurrens verfer. De cate-
ris tandem contentis, quæ in Carolinis nostris à *diversis passim no-*
tantur adhuc Auctoribus, supervacaneum aliquid adjicere existi-
mamus, & id quidem non sine causæ momento, quoniam videli-
cet ea ipsa neq; adcuratè inquirendo, neq; etiam exquisite pecu-
liariterq; probando invenire potuimus, sed antè denominata ad
prognerandas sufficere Thermas clarè perspeximus sicuti Entia
aliàs multiplicare temerè semper abhorremus. De sale hoc
superaddere placet, quod illud in Therwis hisce maximam par-
tem sit nitrosum, & Martiali virtute quodammodò Sulphu-
reum, vitriolatumq;ve, sed & non nihil Aluminis naturæ præ-
ditum. Tandem aquæ hujus inde fessum quod attinet succes-
sum, de eo *quorundam hujus loci incolarum opinio* hic non reticen-
da est. Dicunt autem olim *curiosum quendam* ibi vitam degisse,
qui demum sua investigandi sedulitate eò pervenit, ut à Caroli-
narum scaturigine duorum circiter milliarium spatio ex *Egræ*
fluvio magnam aquæ partem se subducere observavit, & hanc ip-
sam perennem scaturiginis materiem suppeditare pronuncia-
verit. Adplausu digna cui non adpareat hæc sententia, cui & nos studi-
o quodam contradicendi nolumus refragari, sed hoc obitare
nobis tantummodò videtur, unde nam illa aquarum salsedo, quæ
à fluminis Egrani dulcedine manifestò est diversa; neq; possibile
ut nudo hoc transitu tam longam & perpetuam salis naturam illæ
nancisci possint. Quidquid sit, sive hinc aquarum hæc copia pro-
ficiscatur, sive ex ipso Oceano prodeat, veluti omnes scatebræ,
sacro sic folio docente, oboriuntur, nobis attamen præpedimentum
nullum inferre id poterit. Certitudo cuilibet hic sufficiat,

Thermas has tam qualitate quam quantitate æquali in-
 36. desuenter scaturientes non ignorare. Quum autem calen-
 tes aquæ non uno loco profilire gestiant, sicuti id in ipso fluminis
 Doplensis medio conspicuum cuiq; est, cives, ne derivatio aqua-
 rum patiatur iacturam, has eruptiones inutiles, imò scaturigini
 principi damnum minantes pro virili saxis obturant, & macu-
 ræ his resistere vel à Magistratu monentur. Verum Nos freti fidu-
 ciâ, *Leffor*, Favoris Tui ad alia jam divertimus, Te ulterius officio-
 se invirantes, ut nobiscum non de arenibus rivulis, sed de fon-
 te veritatis ipsissimo potare sis constans, & credas, falsum non
 metuere, nisi qui parum confidit vero; neq; verum edisse, nisi qui
 falsum diligit.

CAPUT IV.

Contemplationi & actionis secundum conjugium, i. Id quod demon-
 stratur in Medicinâ, 2. Ea dicitur Ars Poetica, 3. Pars Medicinæ Theoreticæ quomodo concedatur, 4.
 Thermis derogare utilitatem temeritas est, 5. utpote quo
 probatissima, 6. 14. Senes ex fonte quodam in Bojucæ bibentes re-
 juvenescunt, 7. Æson Thessalicus bis juventutem recepit, 8. Nil
 undiq; utile, ut nec Therma, 9. 18. Harum abusus, 10. Ther-
 ma seminaria Epicuri & Veneris, 11. In Thermis sunt bona mix-
 ta malis, 12. Cautela circa earum usum, 13. 16. 21. Ratio Carolinis
 utendi duplex, 15. Commodum tempus in usurpatione earum est
 eligendum, 17. Usurpatori complexio primum est consideranda, 19.
 Complexionum mira varietas, 20. Isalorum proverb. de præposte-
 ro Therm. usu, 22. Tristioris exinde eventus exemplum, 23. Qua pe-
 sicula hinc timenda, 24. Therme ergo corpore vacuato adgrediun-
 da, 25. Cur, 26. 29. 31. Inquilini Thermis adfecti absq; methode
 in tuto utuntur, 27. Magna consuetudinis vis & dominium, 28.
 Humores nostri ut plurimum duplici vitio in famas, 30. Appropria-
 ta hic purgantia dentur ac quomodo danda, 32. 33. Mercurius & ☿
 fixum nostrum, Flores ☿ in copia per se à nobis præparari possunt,
 34. 35. Alvus in Thermis laxa sit, aut quomodo laxanda, 36. An-
 te Carolinas Tb Acidule Egran. commend. 37. 43. Post Acidularum
 usum Thermas omnibus aggredi non licet, 38. sano Medicamenta

temere

temere non danda. 39. 41. Remediorum crebra mutatio noxia,
40. Medicamen uehemens citra noxam vix prodest. 42. Therm.
virtus à Marco, 44. Acidular. Egran. & Spadan. laus & vires, 45.
Temperantia in Therm. requisitum, 46. 47.

PRæmissa contemplationi, venustas absolutâ hæcenus intentio-
nis felicitate ad effectum & usum, non immerito à nobis iam
traducitur. Sunt nempe lucidissimi duo ocelli, contempla-
tio & Actio, qui si jungantur, fructuose spectant pariter, atq;
summâ cum gloria adspectantur: adeo in utroq; consistit perfe-
ctionis Horizon. Perfectus enim is est, cuius contemplatio diri-
git ac gubernat actionem, quemadmodum actio rursus corrobo-
rat postmodum ac perfectissimè perficit contemplationem. Sanè
otiosa & sordidè sterilis omnis est contemplatio, quæ actionem
non enititur, ut vicissim actio cuncta languoris notam incurrit,
& inefficax dicitur, quæ robore contemplationis non animatur.
Atq; ad sanctam Meditram meditatio hæc non incommodè
trahitur, quæ candidum cultorem suum & speculari, præspecu-
lariq; iubet & operari cum primis. Ambidexter bonus Medicus
esto & conjugio arctissimo tam contemplationem ac oriun-
dam hinc Rationem, quam Actionem & natam exinde
Experientiam sibi habeat amatissimas: Ita enim feliciter opera-
bitur, & cum laude sanitatem is fabricare poterit. Unde Medici-
na benè Ars vocatur Practica seu Poëtica, & bonus Medicus
appositè audit Gratiouissimus Poëta, non, quod carmina car-
minare doceat, sed quod consilia atq; auxilia secundum Artis ca-
nones meditetur, ac methodicè ea præscribat, jucundum sanita-
tis metrum effecturus. Et hac ratione Theoreticam *ut vocant*,
Medicinæ partem non rejicimus, modò sanitatis Poësin strictè
Medicus sibi habeat propositam, & ita partem Medicinæ Practi-
cæ constituat nobiliorē, ac magis adornatam. Verùm char-
ta jam nobis est occupanda, cui ex composito attestari injunge-
mus, non minus sed potissimum circa usum Thermarum & eas ge-
nuinâ lege usurpandas nos fore sollicitos. Medicus igitur, ui oppor-
tunè queat agere, res non inutiles poscit, & gradus efficacæ, qua
G 2 quidvis

quid vis præditum est, exactissima hinc lancea perpedit. Quis autem
tam ventosa temeritate inflatus; qui aquas hasce naturali benefi-
cio calidissimas pronuciare inutiles non erubescat? Quis tantam
in ventre impudentiam habet, ut summas Thermarum virtutes
nauci pendere autemet? Nemo profectò, nisi

Cui fœminea nequicia ad audendum omnia,

6. ut *Tragici* verba usurpemus. Cum Adonidis certè non comparandæ
hortis sunt thermæ, utpote quarum admirandum effectum pro-
nuper primè stabilivit Antiquitas & collaudabit encomio peren-
ni Posteritas; cuius divinas vires Experientia solida solidè asseruit
hæcenus, & juxtim cum Rationis patrocinio adseret,

Dum circumfuso pendeat in ære tellus

Ponderibus librata suis.

Hinc Cæsares illi, qui Thermas exstruere curarunt, semper *EAS*,
ROMANIS. SUIS. DICARUNT. videlicet bono commodoq;

7. publico sic prospicere curiosi. Sed virtutes earum multijugæ ut
explicentur, jam non injuria nobis, *Amice Lector*, imponis. In *Bo-
juca Insula* non ita procul ab *Hispaniolâ* secatere fontem memorant
qui tanta virtute, præstet, ut senes poculum exinde adhibentes ju-
ventæ florem ac sanguinem statim denuò recipiant vernantem.
8. Fortè *Æson Thessalicus* suas hoc quoq; proluit fauces, quem anno-
sitate decrepitem bis robustiori restitutum ætati fingunt: *Me-
dea* tamen *venefica* illi *famossissima* id tribuitur, quæ *Fasonis mariti*
rogatu

Ante senem juvenes perhibetur in annos

Æsona gramineo restituisse foco

Profectò eminentissimi gloria effectus, qui huic adscribitur puteo,
modò credere fas sit! Huc, huc convenient matres edentulæ, huc,
huc marcescentes convolent aniculæ, ac curent, ne ultra audiant

9. *pondus inane thoro.* Quid igitur nos de Thermis, iisq; Carolinis?
Num sublatius de virtute earundem jam dicamus, num Maria hic
polliceamur & Atlantes? Nô: virtuosissimas quidè demonstrebimus
has esse, & efficaciz ex fundamento optimæ: Attamen cavendo;
ne pagina turgescat effectû effictò, cum nihil ad mortaliû commo-
ditatem adeò exactum sciamus, ut undiquaq; sit utile, cumvè ali-
as quoq; claritas nulla sit tanta, quam obscurate arrogans elatio
non queat. Sic

A no-

*A nostris procul est omnium vesica libelli,
Musa nec insano syrmasse nostra tumet.*

Quam insignem verò, ut monstrabimus postea utilitatem Thermae 10.
nostrae sanitatis oeconomicae praebent, tantò etiam sedantur Abusu,
h. e. & depravata & impura his utendi consuetudine, prout illa re-
rum est comes plerumq; bonarum. *Poggius de Schol. Epicur.* factio-
nis, quae regnat in *Thermis Badensibus*, Sic queritur: Nulla in orbe
terrarum balnea ad fecunditatem mulierum magis accomodata
esse ac *Badensia* illa, quod proci & Pamphili aliiq; quibus vita in
deliciis est posita, eo frequentissimi concurrant. Et fortassis, per-
git, in aliis quoq; *Thermis* seminaria Epicuri inveniuntur, ejus
discipuli molli exemplo nullà non ratione desunt. Atq; hinc o-
lim vidisse *Bajas diderio adagiali* habebatur pro manifesto *Libidinis*
signo, cum ille locus vitiorum esset divertorium, in cujus aquis

Quicumq; natavit, amavit.

Hæc igitur causa est, quod à tam plurimis *Thermæ* publica nomi-
narentur *Lupanaria*, & spurcissimæ *Veneris* *Cupidinisq;* palæstræ,
ubi hoc *ποίημα θεῶν καλλιόνων*, seu optima illa *Dei sacra* (quæ honore
Aqua à Johanne Damasceno decoratur) & admirandus hujusdem
effectus prætenditur quidem, cum tamen hic cum furore caleat
Venus, & locus luxuriæ *curiculamq;* curandi nidum sub regimine
Bacchi Cererisq; præbere quasi cogatur: adeo hic quoq; gulosi col-
liguntur, quos orexis irritat, & qui ventrem non modò explendo,
sed onerando pariter defatigant, secundumq; *Satyricon*

Crudum pavonem in balnea portant:

Sed quid deportant? Hoc idem innuit *Vales*, cum quo loqui jam
placet:

Hinc subitæ mortes atq; intestina senectus;

prout plenus stomachus; juxta *Hebraicum proverbium*, omne ge-
nus est mali. *Barclajum* dicere meminimus opportunè hic forsan, 12.
virtutum vitiorumq; certamina nullibi quam in aulis esse atrocio-
ra: Applicamus hoc adposite potius ad *Thermas*, ubi divina
aquare virtus cum perniciosissimo pugnaciter pugnat abusu: nimi-
rum ut dominante *Licentia*, quæ hospitibus hic permittitur, imò
præcipitur, omnes evadimus deteriores, & fimus, veluti fimus. Verù
quid profuerit nosse *Thermarum vires*, si *cogitæ non amentur*,

& amata si complexu familiari non adprehendantur. Quid inquam errorum noticia utilis est, si perspecti non horreantur, si angve pejus non fugiantur illi. Utrumq; hic nobis cordi nunc erit, h. e. cautelas quasdam præfigemus, antequam Thermarum sinui cuiquam insinuandum, & regulas Medicæ modiceq; hic vivendi præscribemus, ut Thermarum sacris secure ac cum spe proficiendi interesse eas adgressurus queat. Tantum enim abest, ut propter etiam nefandum abusum tollere intendamus usum, ut potius media omnia in medium prolaturi simus quibus ad eundem recto pervenire liceat tramite. Nam

Ufus habet laudem, crimen abusus habet.

14. Ad partes igitur nostras, & illustre hoc naturæ miraculum redimus ampliusq; nulli ambigimus, quoniam in hujus magnitudo singularis, quæ genius amplissimum quoq; & maximopere peculiarem usum
15. non tam pollicendo sit, quam juberrimè exhibendo. Rationem verò usurpandi Thermas Carolinas geminam recensemus, quarum altera intrinsecus ac potando, & extrinsecus seu
16. balneando altera celebratur. Quocunq; igitur modo usurpare cuiquam placuerit Thermas, is in antecessum sciat eas nisi ex RATIONIS CONSULTO minisfrentur, incertæ nec absolutæ utilitatis esse, sicuti non ignotum, fortuna quomodo moderari soleat eventus. Ergò non temerè, nec intempestivè hæc lavacra sunt intranda; Miraris cur? En Tibi causas connexu clarissimo præsentem, & ab ipsissimis Medicinæ uberibus profluentes, quarum adhibito consilio precium sanitatis commodissimè in Thermis
17. suppeditari poterit. Memento scilicet tempora esse omnino distinguenda, utpote quæ non semper sufficiunt assequundo scopo, quemadmodum nec occasiones rerum expectare nostram tarditatem solent, Temporis commoditatem si vides, prede & preme, imò opprime illam; ita sanè *sapientissimus Stoicorum* ex difficilimis sperandū monet exitū salutarè, si nec properetur ante tempus nec in tempore negligenter cessetur. Quid porro! Advortas videlicet Thermas nec omni vitio idoneas, nec in quolibet adfectu earum convenire usum: Quapropter Medicorum docta peritia ad diversas corporis ægitudines diverso medicamine etiam servit, sicuti
- 18.

non

non
eodem
nante
da m
gand
nosse
natur
cium
ditio
arduo
ratur
it, in
insign
cera p
ter rur
Alexan
in sole
tempe
compl
jam p

Tribus
anima
indo co
tem su
probe
quam o
invita
pestivo
secus re
Adeò &
vigant
dienter
ridere s

non omnes morbi eadem curantur medicinâ, nec vulnera cuncta eodem coalescunt emplastro, nec collyrio uno omnium perficiuntur oculi. Quid ergo? nempe cognitio morborum præponenda medicinæ applicationi, & vitiorum radices soletter investigandæ veniunt, cum maxima spes sit recuperandæ salutis fontem nosse langvorum. Idcirco morbi genius libræ Pathologicæ imponatur, ac postmodum an Thermae convenient, fiat censura, iudiciumq; Deniq; vel naturam & quamliber hominum conditionem specta, innumera ejus varietas utiq; in negotio tam arduo te cautius imperabit mercari: Ita enim corporis temperatura, & complexio, aut quæ aliâs conditio nascendi attribuit, in hoc vel illo homine nonnunquam è diametro pugnant, & insigne quantum secus ac secus aliterq; se habent: Sic hujus viscera plena sunt adipe, & dispositio complexionis succi plena; aliter rursus vel umbris, quod ajunt, macilentior est; modò Demophon Alexandri mensarius se sinit, qui in opacitate confidens se calefieri, in sole verò rigere monstrat. Et quis gradus inter temperatissimam temperiem & complexionem vitiosissimam numero autumaret complecti? Si numerare potes fragrantis flores Hymetti tunc etiam poteris has computare diversitates:

Nec mare rotas Libycum, nec litus arenas

Ovâq; rot piscis, gramina campus habet.

Tribus: numero nomen deest. Tacemus quòd aliâs & perse nullum animal, nulla merx difficilius cognitu sit quàm homo. Itaq; quid ex inde concludendum in plano arbitramur esse; Puta, medico clientem suum ad Thermas missuro omnes has circumstantias probe examinandas, & earum delectum accuratissime tam mentis quàm oculorum iudicio esse habendum. Quemadmodum enim invira naturâ & morbo penitus refragante, ac tempore non tempestivo Medico nihil perperam est tentandum, ita sanè si faciat secus rem insigni periculo non vacare sibi habeat persuasissimum: Adèd & vita patientis & fama curantis in ancipiti cymba hic navigant. Itali hoc vulgari proverbio Thermas inconsideratè ingredientem, & præpostero in faultoq; successo hinc egredientem irridere solent: *Andassi al Bagno per le doglie; id quod Teutonico ore*

fermè

- fermè ad non dissimilem sensum conspirantes sic reddimus:
23. Wenn dem Esel zu wohl ist/so gehet er auff das Eß tanzen. Exemplum satis miserandum hic refertur ex *Fabricii Hildani observation. Chirurg. de Thermis Leucensibus* p. 647. præstat, quod de puellâ quâdam nobilissimâ ex usu dumtaxat Thermarum externo seu infusu, sed temerè instituto, refertur: Illa enim dum viscerum obstructionibus, retentione mensium & destillationibus ad pedus oculosq; laborans non ex purgato corpore ad *Thermas prædictas* se contulit, in pede dextro sphacelum sibi contraxit, & hinc paulò post
 24. ipsissimam mortem. Nec tales *historia praxi etiam nostræ* non abfuerunt dum, qui sponte suâ non præmittendis præmissis *Thermas* accesserunt, aut malignè febricitantes, aut scabie defœdatis, aut anhelandi difficultate afflicti redierunt, auxiliumq; revalescendi à nobis efflagitarunt, quos quoq; sed non absq; difficultate propter Naturam turbatissimam, bono cum DEO, voti compotes tandem
 25. fecimus. Ut itaq; absurdos ejusmodi experiri eventus non cogamur, preparato & diligenter vacuato corpore Nymphæ hæ sunt comprimendæ, nec sine optimi Medici consilio prævio sibi
 26. jungendæ. Verum consentire Te nobiscum concernimus, sed tamen rationem jugiter expetere neq; malè deprehendimus, cui scilicet Thermarum candidatus corporis præparatione atq; evacuatione sit iniciandus, Gratificandum Tibi utiq; est, sed & præmonendum, sermonem hic nobis esse potissimum de advenis & peregrinis, non verò de indigenis, utpote cum quibus, quod Thermarum a nativitate & teneris ungviculis causa consuetudinis ipsarum
 27. siudem sint familiares, res longè aliter se habet; Adcò vehementer & magna est consuetudinis tyrannis, ut perinde cogat ac natura ipsa. Ligat nimirum consuetudo hominem, & quasi vinculis conftringit ad id, cui consuevit, iterandum prosequendumq; atq; propterea verti videtur in naturam. Dices; ast nihilominus mala consuetudo est damnanda; & nos dicimus contrâ, consuetudinem sæpè necessitatem quandam peccandi afferre, id quod crebrò experitur Medicus, dum absurda assuetis non rarò concedere tenetur, præsertim si consuetudinis vim longi temporis præscriptio & magnæ multitudinis consensus firmaverit. Ergò, ut dicimus,
- gravissimum

gravi
ræ ob
diner
nitus
pro
dere
danti
maru
humo
pora
bus v
eram
more
que h
lares
exista
menti
ita ut
res, qu
viores
tractio
ac ten
tentia
extren
cit, un
Scorbu
sus pe
superf
subjun
balne
mis sal
nimur
venien
sumpra
ris arte

gravissimum consuetudinis imperium est, quæ omnino vim naturæ obtinet, regulasq; potenter vincit, veluti videmus id consuetudinem efficere, ut, mala quæ sunt, minus attrahant, imò penitus proficiant; Inquilini igitur lavant & potant hinc Thermas pro lubitu & citra nocumentum. Itaq; quisquis huc cursus ad 29. dere intendit, exoneratam adferat naturam, & nullam redundantia læsionisq; suspitioni relinquat occasionem, ut usus Thermarum non tutus esse non queat. Quis autem nostrum est, qui humoribus non scateat? Ergò quædam humorum pravitas corpora & viscera nostra occupans, atq; hos vel illos affectus à quibus vel securi esse vel liberari desideramus, parere valens aut à crassitie visciditateq; sua est suspecta, aut à nimia tenuitate, mordaci acedine & acri faldine est infamis. Sane utrumque humoris vitium corrigendum removendumq; est antequam lares Thermarum salutentur. Si enim humores crassi viscidique existant, tunc intempestivo Thermarum usu illi à caloris vehementia magis condensantur, exsiccantur inspissanturq; magis, ita ut viscerum vasorumq; obstructions evadant contumaciores, quæ postmodum, ut aliàs per se, ita & magis hoc modo graviores morbos e.g. calculum, icterum, podagram, membrorum contractions, hydropem &c. progenerant. Sin verò fluidi nimium, ac tenui, ferossà salsaq; acedine præditi sint illi, tunc itidem potentia caloris penetrantissima vehementius eos inflammat, & extremam mordacitatem saluginosamq; acedinem ipsis inducit, unde non nisi ardores febriles, febrium malignitates, tabida lues, scorbuticum malum, humidi radicalis consumptio. & quam multi affectus perniciosi alij. Ratione cur ante Thermarum usurpationem superfluum hoc humorum scelus sit sequestrandum, datâ, hoc subjungimus statim, ut quò accuratior & magis appropriata balneis præmittatur evacuatio, eò quoq; Te ad speratam ex Thermis salutem efficies, promptiorem, aptioremq; habebis. Ad minimum ergò ter vel quater vel amplius etiam catartica convenientia h. e. quæ potissimum ex mineralium progenie desumpta sunt, ita tamen ut affectus ratio habeatur, & vires corporis attendantur, assumas; quem in usu ut reliquas purgantium phar-

- macorum formulas, quippe quæ à præsentē tibi Medico Specifica
 virtute pollentia prospici commodius poterunt, hic præterea-
 mus, tanquam catholicum præstantissimumque usui tuo com-
 mendamus, tam Mercurium vitæ fixum, quam Antimo-
 nium ritè sublimatum (*Sicuti nos beneficio peculiaris modi ex li-
 brâ unâ Antimonij fernè semissem florum candidissimorum & al-
 bedine suâ vel nivem antecellentium per se adipisci calemus*)
 & pariter fixum, utrumq; nostrum nostroq; partum labore;
35. Quorum hoc vel ille si ad postæ pilularum massæ immisceatur
 vix credibili felicitate & svavi facilitate, sine ulla molestia ac cum
 reali contumacissimorum humorum educatione, operationem
36. suam exferit. Hæc quoq; Catholicæ pilulæ in ipso Therma-
 rum usu, mox ante prandium, aut coenam summo cum fructu
 deglutiuntur, sicut aliàs alvum in balneo solutam esse, quæ
 præsertim ab externo Thermarum usu facilè solet adstringi,
Medicina sic dictante, convenit: Quamobrem etiam commodè
73. enemata interdum succenturiantur. Quam autem, ut felicito-
 ri pede *Carolina balnea* adiri queant, *quam multis Experimentissimis
 Medicis* sit usitatum, ut pro jam laudata corpus præparandi &
 evacuandi intentione calices acidularum earumq; in specie E-
 granarum, Utpote quæ hic in propinquo, hospitibus com-
 mendent, *hic veni immerito quaritur an rectè?* Nos huic utiq;
 consilio aditum ad stipulamur respicientes nempe ad balnearem
38. scopum. Ast *alia quæstio* occasione hæc protinus subnascitur, quæ
 non flocci habenda: nimirum an omnibus & singulis qui ante
 cum felici successu acidulas potarunt, usus Thermarum quoq;
 sit semper concedendus? Respondemus quod non. Licet etenim
 Thermæ nemini sint infensæ, nisi quibusdam paucissimis, vi-
 delicet pulmonum, corporisq; tæbe laborantibus, ut & sic qui salivæ
 humoribus nimium abundant; & hoc nihilominus tamen respec-
 tivè ac ratione certâ: attamen Thermas tam indifferenter per
39. Medicinæ leges acidulæ non poterunt excipere. Ad quid enim
 ex animi sententia sano & pristino Vigori perfectè restituto Me-
 dicus cum sua Medicina, *momentè id ipsum Sacrosancto Libro*, Pro-
40. fectò nil æquè sanitate impedit, sicut remediorum crebra mu-
 ratio:

ratio
 tenta
 trans
 Im
 No
 Q
 mè li
 culis
 bum
 dum
 cellor
 enim
 rum
 tione
 ens it
 juxta
 niri p
 (aliqu
 ctus &
 cancu
 rem &
 pter p
 gent;
 rum c
 viter
 Thera
 tiq; la
 nicar
 quæ
 omni
 p. 186
 do eff
 cum c
 hydro

ratio: Vultus ad cicatricem non venit, in quo frequentius tentantur Medicamenta, nec convalescit planta, sæpius quæ transfertur.

Impediunt certam medicamina multa salutem,

Non plures Medici sed sars unus eris.

Nunquam, crede mihi, à morbo curabitur ager,

Si multis Medicis creditur una febris.

Quid, quod benè valentibus remediorum inculcatio sæpissi-^{41.} mè sit funesta. Atq; si præsidia insolentia (quæ nunquam suis periculis carent, ac proinde summa indigent cautione) ad morbum vulgarem non sunt quærenda, quam multò magis abstinendum ab iis erit rectè se habentibus, quum è tranquillo portu procellosum pelagus sponte ingredi magna sit temeritas. Nullum ^{42.} enim est dubium, quin natura athleticè valens vi medicamento- rum rursus oneretur graveturq; , utpote quæ denuò ab iis altera- tionem semel jam superatam sustinere cogitur, atq; eadem toti- ens iterata virtuti vitali sine vana conjectura iactura infertur, cum *juxta Hoffmann lib. 1. Instit. Medic. Cap. 1. 6. ex Galeno*, vix inve- niri possit remedium, quòd magnificè seu *μεγάλως* profit citra (aliqualem) noxam. Idcirco in hoc puncto personarum respec-^{43.} tus & selectio observanda erit, ut ab acidulis ad Thermas tantum potissimumq; eas remittamus, quæ in articulis dolo- rem & debilitatem gravativam perferunt, quæve insuper pro- pter *paralytin, spasmum & stuporem membrorum corroboracione* a- gent; Quemadmodum etiam *obestoribus & phlegmaticis* Thermo- rum contactus erit proficiuus, quod redundans humiditas sic sva- viter & bellè absumatur. Neq; etiam post acidulas usurpatas Thermæ sunt dissuadendæ iis qui *infirmirate stomachi, lienis hepa- ticiq;* laborant, aut qui *venes nimium laxos ac dissolutos* habent. U-^{44.} nicam utilitatis hujus rationem damus hanc, quoniam a- quæ Carolinæ cum primis sunt Martiales: Ast ♂ membris omnibus, *teste elegantissimo Fabio in Hydrog. Spag. Lib. 2. Cap. 15. p. 186.* robur & vigorem egregiè infundit, oppilationes reserando efficacissimè auxiliatur; insuper quod calido nativo est inimicum optimè fugat, febribus cunctis intermittentibus medela est, hydropyses, paralytes, stupores, affectus melancholicos, fri-

gidosq; quoscunq; tamquam Saturni & oblate Lunæ genitua pignora, veluti alter sol quidam discutit & evanescere fecit. Et quidni Thermæ Martiales hoc prærent, cum Medicorum Scholis non infreqvens sit, a quis in quibus duntaxat ferrum aliquoties candens extinctum cœliacos ac dysentericos cum applausu percurare. Principium petere foret, aliquis si tentaret hanc laudem & animam suffurari Thermis à DEO, Cæsare Carolo & in effabili effectu divinis? Perennet harum genus, crescat & ad ultimam usq; Mundi auram vigeat! Igitur hoc saltim hic fuit, quod, Salva Thermarum famâ, post acidulas feliciter compositas monere curæ precium nobis est visum, ne perperam uni templo duo Numina venirent capiunda, quod aliâs difficukate summa non caret. Acidulæ enim per se sunt celeberrimæ & nobilissimæ Medicinæ, quæ, quæcunque etiam eæ sint, vix manus submitunt. *Lipsius vir eruditionis edecumate* adfiduò in votis habebat: ô si *Spada* me habeat, quæ me recreem, & refrigerem ambulando, bibendo. *O Spada* Salutifera, quod spiro, quod ambulo, quod scriptito, tibi acceptum refero:

Quas Tibi Grates

Nympha reponam.

Quas mea Musa

Et genus dabunt.

Nos hoc encomium lymphæ utriq; tam ferventi quam frigidæ tribuimus & pro diversitate circumstantiarum has & societas volumus & separatas. Sed consule, si lubet, *opusculum nostrum de Acidulis Egranis*, ubi uberius. Quæ jam in genere hactenus de Thermarum usu & abusu præsthoravimus, id speciatim data 46. in quovis capite planius exponetur opportunitate. Præstat & restat, ut de diæta & modo sane recteque hic vivendi aliquid nunc adjiciamus. Hanc ergò tabellam & quasi memoriolam quandam Thermarum scaturigini adfigimus: MEMENTO. CUR. HIC. Thermas enim non invisimus, ut edamus & lautè vivamus, sed ut curemus valetudinem. Cum *Juvenale* scilicet poscimus, ut cænetur civiliter. Quemadmodum enim medicamenta non ad satietatem, sed ad salutem corporis accipiuntur, sic alimenta sumtura accedat & tantum ad sustentationem corporis iis hic utaris. Nunquam

cure

curæ sit tibi, ut pascas corpus, sed ut sustentis illud. Victus tibi ex
 facili sit, nec ad voluptatem, sed ad cibum accede. Palatum tuum
 excitet fames, non saporis. Sic semper voluptati subtrahendum
 est, oneri quod futurum. Lex illa naturæ seis quos terminos consti-
 tuat? Non esurire, non sitire: Ergo ut famem sitim quæ depellas non
 necesse est lurconibus adplaudere, & luxuriandi mores protinus i-
 mitari. Parabile est quod natura desiderat & expositum: Ad ma-
 nam est, quod satis est, ad supervacua autem sudatur, & corpus pro-
 fectio torquetur. Paucis: Thermæ jubent, ut ibi vivamus omnes
 secundum naturam, hoc est, contenti paucis, sed & concoctis facili-
 bus & vires reficere aptis. Ad eò hic utilior ventriculo potius fames
 est & utilissima sobrietas, Verum instabilis tota hic die peccari, sicuti
 nemo est sine vitiis. Nos ut tibi paulisper indulgeamus, ex Poë-
 respondemus:

- - - Optimus ille est,
 Qui minimis urgetur. -

Atque sic victorum abesse excessum, sapè pro virtute est. Cæ-47
 terum quoque quod res non naturales cœteras spectat, medium te-
 nere commendamus; & ad *Acidulas nostræ Minervæ exantias*, cum-
 primis verò ad *Thermas Andrea Baccii l. 2. c. 7. se* remittimus, qui ope-
 re suo ab arte limatissimo, ab antiquitate curiosissimo, tuæ ultra
 sciscitandi diligentiz oppidò satisfaciet. Nos verò sub ratione &
 veritate merere amplius, omnino sine impotentia, rumpat ut *Ilia*
virus! pede tendimus ad residua.

CAPUT V.

Experientia viâ, 1. Communis Thermarum usus suspectus, 2. 16. An Ther-
marum potus approbandus 3. Improbatur penitus, 17. 22. 27. Calida
& frigida usus in Prætorum cœnis, 4. Calida deliciarum causa potâ
banur, 5. Calida simplex & mixta. Hac ad ebrietatem usq; bibeba-
tur, 6. Thermopotus in vacuantiâ non præmittant, 7. Quæ regulas ob-
servent, 8. 9. 10. 11. 15. Quibus subjectis & affectibus convenire dicantur
Thermæ, 12. 13. Quibus absolutè noceant. Lapidescendi vim ha-
bent, 17. Aqua lapidescens requisita, 18. 19. Fons visibiliter lapide-
scens in Clarimonte, 20. Comparatio Carolinar. cum h. fonte, 21.

*Hydrops saepe post Thermarum potum, 23. Vera & recens à nobis in-
uenta hydropis causa, 24. Thermae sunt ultimum refugium Med.
25. Notantur Chymica Med. respuentes, & Therm. tamen potum
concedentes, 26. Sero sapinnt Phryges, 28.*

1. **E**Xperiemus jam, *Leslor Lectissime*, nihil tam arduum esse, quod veritatis virtus non extorqueat. Aucupio quidem, **E**xperientiae simulatae qui utuntur in Medicina, non semper argumenta svadendi perdunt, veluti & verissima ratio successibus fieri obscurior interdum solet, atque sub specie veri praesententi non una absconduntur saepe absurda; attamen non difficulter falsitas omnis pulsatur, modo rationum veritas, & veritatis rationes ex ipsa Naturae Artisque basi objiciantur. Ergo pellamus malas jam aves, quae veritatem, quae artem, quae Naturam ipsam, periculosè lancinant. Ranas hic autem non imitabimur, quae ex aurea etiam sede in sordidum rivum resiliunt, neque ad communem illam nos semitam flectemus, & cum Thermarum scypho errores quoque aliis imbibendos non propinabimus, sed tale Thermis momentum imputabimus, quo propterea sanitatis triumphos praeparare reverà valent. Verum antequam animi sensa exprimamus, & num Thermæ Carolinae potui sint tempestivæ, lagenasque hinc expilare an salubriter liceat, interrogemus ac decidamus, paucula, quae hactenus circa hunc Thermarum usum fuerunt.
2. more recepta, praelibare placet. Non autem hic gravi cum cura de *Grecorum ac Romanorum* consuetudine differemus, in quorum coenae mentionem duplicis aquae faciunt Antiquitatum Ministri, frigidae videlicet, dein calidae, quarum utramque ad potum, & calidam cum primis in frequentiore usu fuisse ad convivia, quod fervens potius quam gelida proclivius jucundiusque iret in bulgam,
3. praclare claret vel ex *Lipsis Electis L. I. cap. 4.* Imo non tantum in usu, sed in luxu & deliciis praesertim *priscis* calida erat, dum in Thermopoliis, Comico teste, tempus lubentes lacerabant, qui vitæ solutiori erant dediti. Fuit autem calida hæc tam pura pura, solitaria ac simplex quam cum meraco pro gulonibus commixta & infusa, ut hac veluti quodam lenocinio aucupari sitim & indefessum bibendi appetitum possent, unde etiam post calidæ hujus bibitionem

sem el
rium a
com m
bis vel
climata
re curl
comm
igitur
re opu
osè epe
malè d
ut & p
pera et
sole ni
tam fe
sibile, e
num re
(topffel
comm
gurgita
sus ext
cum a
non di
scendi
tuor co
perlev
sum, pr
entes, p
piunt.
compl
sinistri
non nu
parcio
dem pe
conce
Antore

nem ebriolos incessisse *Accium* & à crebriori ejus usu *Casarem Tibe-*
rium agnominatum fuisse *Biberium Caldium Meronem*, *Historicus*
 commemorat. Ast obiter & *ἐκ Βεγαχέως* de calidæ usu aliquid no-
 bis veluti pitissasse sufficiat, de quo plena si flumina quis cupiat, ad
climata Philologico rore rigata is contendat. Medicum nunc tene- 7.
 re cursum discursum quæ convenit, ubi compendiosè statim de
 communi Thermarum usu nos expediemus. Thermopotare
 igitur quibus est cordi, initio putant evacuatione prævia tanto pe-
 re opus non esse, quoniam purgandi ista facultas in Thermis copi-
 osè epotis expectatur, & catarcticorum ita subsidium à nonnullis
 malè despicitur. Porro tempore matutino stomacho quæ jejunò, 8.
 ut & pariter à prandio ac imminente vesperâ, digestionem scilicet
 peractâ, Thermis ventrem proluere pergunt, ita tamen, ut cesset
 sole nimium æstuante & feriis præsertim à canicula notis. Insuper 9.
 tam fervidas eas, quantum teneritudini faucium perferre est pos-
 sibile, exoribent, ne tepidæ aut frigefactæ insignes, ut solent tormi-
 num torturas pariant: item sensim sensim quæ ollulas evacuant,
 (*τὸ πύψιν* vocant) & conclave diligenter perambulando, semer quæ
 commovendo porationem celebrant, ut sic Thermarum hæc in-
 gurgitatio eo citius ac morâ penitus sequestrata, loco intestino rur-
 sus exturbari possit. Denique menturam quoque non negligunt, quæ 10.
 cum acidulis fermè est eadem, nisi quod illa cumulatior interdum
 non dissuadeatur. Ita autem bibendo hic pedè tentim jugiter ad-
 scenditur, deinde in summo gradu, qui ad congium, vel etiam qua-
 tuor contharos nostrates se extendit, per aliquot dierum spacium
 perseveratur, & postmodum passu parili indies descenditur rur-
 sum, prout semper consultius Medici quoque, ne de alto cadant cli-
 entes, gradus quærare, & viam per possessionem eos moliri præci-
 piunt. Ne quæ non attenditur hic etiam ratio temperamentorum, 11.
 complexionum, aff. Animum, successus utrius quæ, tam secundi quàm
 sinistri, & aliarum circumstantiarum, quarum respectu habito
 nonnunquam largior Thermarum haustus, nonnunquam quoque
 parcior hospitibus imponitur, aut progredi potando, aut figere pe-
 dem penitus aliquando jubentur. Quod ita quæ effectum ipsum, 12.
 concernit, quem Thermas ore tenus sumtas præstare gloriantur
Antores, eum delineare hic paucis sentio non erit. Nimirum rati-
 one

one $\text{D} \& \text{E}$, quo perquam prægnantes Thermae sunt Carolinae, vi-
 cus exiccandi, resolvendi, attenuandi, incidendi, aperiendi, mun-
 dificandi quæ ad sensum omnium Medicorum illis tribuitur: Unde
 provocare lotium, sudores movere, & insensibilem promovere
 transpirationem, robur ventriculi calefaciendo revocare, omnia
 nutritioni ministrantia membra roborare, pristinum appetitum
 restituere, intemperies viscera infirmantes emendare, podagram
 arthritidem quæ nodosam enodare, funestum aquæ intercutis ab-
 sorbere tumorem, perniciose putredini resistere, alvi maternæ re-
 crementa defæcere ac debilitatem refocillare, immodicum fluo-
 rem menstruorum sistere, nervorum funiculos firmare, ischiadi-
 cos dolores levare, vulnera ulcera & scabiosam molestantiam tollere
 & alia quæ longe plurima atque præstantiora has Thermas ope-
 23. rari concordēs pronunciant. Et sane, si contentorum supra lau-
 datorum, quibus thermæ nostræ sunt animatæ, efficaciam pondere-
 remus, magnam harum virtutum præstantiam non nisi injurii (*mo-
 do responderent reliqua*) denegare iis poterimus, præsertim, si usur-
 pantium constitutiones ita sint constitutæ, ut vigore expultricis
 præcipue floreat, & flos juventutis complexio quæ sanguinea robu-
 stè sint præsto. In ejusmodi, inquam, hominibus prædictæ vires
 Thermarum intrinsecus sumtarum sese non nihil ostendant, in
 quibus etiam, si cum rigore internum Earundem usum cupiam de-
 fendere placeat, quodam modo istum suo loco relinquimus: Ast
 24. macie, aut senectæ confectis, illisque qui difficulter anhelant, aut
 tabe linquuntur, vel exulceratione quædam internâ, virium defe-
 ctu, corruptione sanguinis, obstructionum contumaciâ, & his con-
 finibus malis laborant, atque quod bene terque quaterque bene
 notandum, in quibus virtus expultrix languet, aqua hæc fervens, ut
 25. pote salsa, neutiquam non obest. En axioma, ut parcamus verbis:
 Præsunt thermæ epotæ (*si profunt*) corporibus, in quibus sulphur
 Mercuriusque excedit, & sal deficit; Ex adverso autem nocent,
 ubi sal prædominatur, & Mercurius sulphurque succumbunt. Atque
 hinc applicatio fiat ad horum effectus, natosque exin affectus, &
 26. consequentia erit in promptu. Plura de Thermarum computatione
 cum accuratâ circumstantiarum adjectione, à nobis tibi promitte-
 re hic noli, quoniam ea (*expectare demum nos præstat*) penitus simè
 displi-

displi-
 gare
 discer
 fore
 tiâ
 mu
 mus
 nen
 moti
 Ergo
 chill
 quio
 brifr
 svad
 phur
 bus,
 sese g
 cam,
 evide
 di hu
 dem
 copia
 hujus
 ce &
 do na
 agno
 lapid
 aere
 Dein
 destit
 nen
 plani
 quod
 calor
 inclu
 fervo

displicet. Cur indignaris hoc animosè edicentibus, aut cur ap-
gare nos aggredieris? Sed malacissare te conabimur, qui alex hujus
discrimen nunc subire decrevimus. Nihilominus non desperamus,
fore ex sanè-Eruditis, qui a pertis visceribus & mète propitia sentè-
tiã hanc nostrã recipient. Succenses adhuc? Flere profecto nolu-
mus, etiamsi antecessorum lacrimas conspiciamus; nec sudabi-
mus quamvis æstuent Majores; nec trepidabimus, licet fulgura mi-
nentur Adversarii. Timidus ardeat in metallo squameus; A deo re-
motissimi sumus ab illa vecordia adversus rationem consentiendi.
Ergo quod nemini neminiqve, sive vigentis spiret ætatis adhuc A- 17.
chillè, sive curvatus jã senio gravi, sive sexu de potiore sit, sive de se-
qviorè, sive integra valetudine polleat, sive palleat & insultus mem-
brifragos sentiat, Thermas Carolinas, ut assoleat, bibèdas fide bonã
svadere velimus, qvæamusq; est & urget is liqvor in saxum aut to-
phum transire oppido idoneus; sicuti hoc inconspicuo est omni-
bus, revera has thermas lapidescentem vim potenter perqvam in-
fese gerere, qvonia qvalibet incilia sua indices petricosa, ut sic di-
cam, pelle, quamvis summo & perpetuo cum fervore decurrentes,
evidentissimè muniunt. *Summeri* qvidem *jam sepe citati*, dubitan- 18.
di hunc scopulum devolvere assudant, dum ad negotium in lapi-
dem congelandi terna requisita vocant, nempe magnam aquarum
copiam, ingentem urgentemqve calorem, & tandem continuam
hujus presentiam; At tamen in confesso statim est, argumenta hæc-
ce & summa imbecillitate & fidei luculento defectu laborare; mo-
do naturalium libram temnere audacia nulla. Ecqvise autem non
agnoscit nostrum, quam in minima etiam aquæ istius gutta hæc
lapidosa insit substantia, qvæ accedente qvali qvali refrigerio, &
ære cum primis ambiente confestim canalium accrescit lateribus;
Deinde nec qvantis illa tam exigua est, quam tempore curationi
destinato hospites exhaurire, prout satis superqve id notorium, te-
nentur. Cõterum rationes cõteræ veri nimium sunt parvæ, imo
planissimè falsæ, qvum in concretionè topi requiratur potius
qvoddam directè contrarium; Sic autem res habet: Ingens scilicet 19.
calor inter alia hoc ipsum medium est, qvo lapis montis matri-
inclusus resolvitur, qvæ omne postmodum ita resolutum continuus
fervor juxta cum aquis educit, & in iisdem, ne elabatur, tam diu

continet, donec à frigore externo aqua ista alterationem quam-
dam suscipiant, & saxo materia haec resoluta rursus indurescat. At-
que hac ratione eleganter patet, quàm calor sit solutionis & frigus
20. coagulationis principium, atque fundamentum. Intueri hic ex-
emplum per quàm adpositum, quod *Excell. Faber. in Hydrogr. Spag.
l. 2. c. 14.* annotavit, & hinc documentum capere jam lubet, ne à vol-
gato haec Thermarum usu praesumptuose aut temere videamur
discedere: De fonte igitur, quem *Clarmontis suburbium in A-*
vernia habet, ita sermocinatur *Vir sagacissimus*; Mirus ac stupendus
est hic fons, & ingenia Philosophorum ferme omnium exerceat ac
torquet, in inquirendis stupendorum suorum effectuum causis. Ex-
it è rupe, & in ipso exitu rupes producit, ac lapides albos, ita ut *in-*
cola hujus urbis, dum pontes contruere cupiunt, ut rivulum fontis
hujus permeare possint ad hortos suos invisendos, fontis hujus a-
quam super asseres fornicatim extructos transilire faciunt, & intra
24. horas pontem lapideum solidum habent, ut sicco pede rivulum
fontis permeent. Aqua istius fontis visibiliter permutatur in lapi-
dem, & nihil minus fluit semper, ut reliqui alii fontes: Et
aqua ejus perlimpida est, nec differt colore & limpiditate,
ab aliis fontibus. Bruta ipsa si oppressa falluntur, & aquam
ipsam epotant, ni impediuntur; At si potent ipsam, illico
in ventriculo coagulatur in lapidem, unde mors subsequitur, ex
colico dolore hinc suborto, qui bruta omnia, quae aquam ipsam po-
tarunt, crudelissimis torminibus enecat: Unde *incola summa* cum
cautela bruta omnia sua hinc & procul ab ipso fonte avertunt.
21. *Haecenus Faber.* Quid quæso scaturigo hæc Thermarum Carolina
aliud præstat, dum spatio 24. dierum omnia injecta lapideo invo-
lucro amicit idemque efficit, quod fons prædictus 24. hora-
rum obitu? Quid obsecro diversi portendunt atque minan-
tur vehementes illi intestinorum cruciatus, quando scilicet
aut frigida, imò vel adhuc tepida Thermarum hæc potantur aqua?
Discrepant ergo hi fontes inter se invicem exiguum quantum, hoc
est, secundum magis duntaxat, atque secundum minus, adeo, ut,
ille quod perficit repente, Carolinae quodammodo magis exhibe-
22. ant lentè. Itaque ex rationis decreto & nos decernimus conclu-
dimusque, nulli propterea, ut ut etiam vividam habeat vim ex-
pultricem, tuto pro medicato potu Thermas concedi posse. Ratio
hæc

hæc est, quoniam semper aliquid hætebit, & vasa menseserri
candicantia aliorumque viscerum tubuli tephacea hæc & à natu-
ra nostra profus aliena (quæ non nisi debilitates partium afferre
potest) materia infarcientur. Unde postmodum quoque fieri ab 23.
Experientia est notissimum, ut sanitatis loco tumidum ventrem,
referant sæpe miselli, & ne valedicant gratis, à Thermis hydropera
sumant mutuum. Et tale quid significatum eunt *versiculi lingua ma-*
ternacriti:

Wenn wir der Kranken haben satt/
So schicken wir sie ins warme Bad/
Draus bringen sie ein solche Frucht/
Zu deutsch genandt die Wassersucht.

Quemadmodum autem veterum placita in determinanda 24.
hydropis causâ nobis non placent, ita eam potissimum in corrosi-
one à faldedine & acredine humorum ortâ aut disruptione canali-
um Mesenterii lacteorum quærendam esse serio statuimus, *id suo*
tempore latius demonstraturi. Id saltem hic subsume, quam non diffi-
cile sit, à lapidescentibus Thermis tenerrima Mesenterii vascula
dilacerari posse. Conjicere hinc pariter poteris, quur balnea hæc 25.
audiant vulgò ultima Medicorum adpellatio, remediumque ulti-
mum: nempe exoptatam Medici sic nacti occasionem se absol-
vunt & conclamatos relinquunt. Obiter hic an se quoque offert 26.
perstringendi illos, qui à Medicamentorum spagyricorum, & ex
mineralibus quamvis ritè paratorum usu tanquam à Charybdi
velorum remorumque auxilio fugiendum esse arbitrantur, quum
tamen ad Thermarum pocula crudosque fossilium liqvores, ubi
nulla ab inutiles facta utilis separatio, remittere clientes nulli vere-
antur. O memores parum, cæcosque consilii & infelici Medicinæ
partu natos! Sed nihil hic aliud restat, quam ut nostrâ in sententiâ 27.
perseverentiam oraculo Plinii confirmemus, qui calidæ usum da-
mnanus dicit notandum esse, nullum aliud animal, præter homi-
nem, calidos & non naturales potus sequi. Candidè autem monere 28.
hæc tenor conscientiæ dicitavit, quæ Medico non præteritas, sed
venientes numerandas esse undas vehementer salutare censet, ne
errore tandem discussò, qui ille sit, tristissimâ & irreparabili æstima-
tione pensare post festum habeat necessum.

CAPUT VI.

Medicorum discordia egrorum Morta, 1. Non dissentient ratione & experientia fulti. 2. Thermae pro balneis usurpantur feliciter. 3. Veterum in balneando excessus. Quae nocumenta exinde. Balnea quondam officina hominum Fulconice adpell. 4. Moderatum baln. usus utilissimus. 5. Dubia circa balneandi modum, qua diluantur, 6. 7. 8. 9. 10. Cauteles hic observanda, 11. 26. 29. Evacuatio praemittenda intentioni balneatoria, 12. 16. 27. Morbi Herodiani delineatio, 13. Ad sanandum hunc Medici male suaserunt balneas, 14. Cur, 15. Diaphoretica in ipso balnearum usu adhibenda, 17. 18. Confortantia quoque usurpanda. 19. 30. Catartica fortiora in ipso Therm. usu non conveniunt, 20. Lenitiva & Clysteres tamen non prohibentur, 21. Pilula nostra $\frac{1}{2}$ tuto semper deglutiuntur, 22. Olea quaedam interne adsumta sal scorbui. domandi praestantia gaudent, 23. Specifica non omittenda, 24. Tempus utendis balneis opportunum, 25. & contra, 28. Aequi nimum fervidis non insidandum, 27. Thermales balnea & conservant & restituunt sanitatem, 31. Thermarum encomia & divina virtutes 32. 38. 40. Balnea vulgaria & Laconica à notissimis viribus celebria, 33. 35. Balinei Praestabile etymon, 34. Balnea bellicis summe proficua, & cur, 36. Sitim quomodo sistant, 37. Thermarum calor efficax & nobis amicissimus, 39. A lotionne carnis in culinis uscata mos balneandi quoque approbatur, 41. Exeplis aliis balnearum salubritas firmatur. 42.

1. **D**iscordare Medicos publica non tam hominum querela, quam jactura est, adeo tot millia mortalium periclitantur utiq; qui hoc discordiae profus incerto quorundam Medicorum imperio gubernantur, quive sub ancipite
2. talis auxilii egrotant fiducia. Hoc ipsum sane objici jam nobis omnino ab antiqua doctrina mancipis quidem posset, qui in eundem cum illis impingere lapidem hic cavemus, thermas intrinsece usurpandas non permittendo: ad rationis tamen te sacrarium remittimus, eamque insimul cum experientia tibi opponimus nobis applaudentem. Atqui pondus allata proinde argumenta jam habuisse, & obtinendi votis à *Benigno Lectore* nos sincere damnatos esse non amplius haeremus. Itaque nunc ad externum Therma-

rum

rum veniamus usum, & aliud hoc in animum demittamus;
 Eos, qui Thermis uti pro balneis potissimum solent, felici-
 citer imò felicissimè agere, & id quidem propterea, quod
 hic per ancipitia fluctantium, ut in proverbio est, cursus non di-
 rigatur, sicuti in negotio Eas licenter computandi, ubi periculo-
 sissima, uti jam dictum, alea & calculus præceptis non deficit. 4.
 Defano autem harum balnearum usu sermo hic nobis erit, & non
 de consuetudine veterum absurdissimâ, ubi balneum nihil aliud
 erat, quàm, dicente Artemidoro, transitus ad cœnam, ad eam
 eam ituri anaticularum more se perpetuò mersantes quotidiè la-
 vabant: unde etiam Imperatorem Commodum in die septies vel
 octies lavisse commemorat Lipsius l. 3. de Magn: Rom: C. 8. Vires
 enim adimunt frequentiores balnei usus, & naturalem roboris
 vehementiam vehementer relaxant atq; dissolvunt. Unde ele-
 ganter R. P. Clemens Alexandrinus lavacra in excessu usurpata
 vocavit fullonicas hominum officinas, quoniam sic citius, quàm
 par erat, corpora efficiunt pannosa, & antè tempus nimium ab-
 stergendo cogunt consenescere, dum non secus ac ferrum caro
 ira mollicatur. Dubium attamen urget nos nullum, hunc bal-
 neandi ritum, nisi crebritatis excessu esset suspectus, valetudini 5.
 pariter ac vitæ profuisse aut prodesse potuisse, modò eundem ce-
 lebrassent cum modo, quem ingestum epigramma vetus alibi in
 lapide sculptum quoq; voluit,

B. V. V. corrumpunt corpora nostra,
 Conservant eadem B. V. V.

Igitur restâ Thermarum balneas nunc ingredimur, & dubia, quæ 6.
 diffamare salutarem earum ingressum parata forsân sunt, dilue-
 re prius animi voluntas est. Prima Antilogia hæc esse poterit; quod
 balneis hisce familiariter utentium coma, si illa aquis istiusmodi
 perfundatur, neque sedulo postmodum rursus pectine compo-
 natur, paucorum dierum spatio lapideâ quasi crustâ obduci pos-
 sit. Quo sic stante, subsumeu ipsi, qui hoc inferunt, quam
 facile est, cutis nostræ spiraculis seu poris ex lapidoso hoc liqvo-
 re obstructionem non dissimiliter accidere posse. Verum procul 7.
 sit utiq; in expedito. Nempe corpus ejusmodi, quod in Ther-
 mis

- mis perlatitur, alio quoq; & contrariò gaudet motu, ab inter-
 no scilicet calore oborto, & per innumera Pororum forami-
 na confertim transpirante aut sudorem provocante. Apertis er-
 go hæc ratione poris, Thermalibus aquis ingressus non patet, ut-
 pote quæ alio potius effectu operationis suæ felicitatem exhibent,
 quemadmodum hujus dilucidationis campus se postmodum
 8. commodius aperiet. Jam *queritur* ergo an frequentior illa bal-
 neandi iteratio, quæ bis cotidie instituitur citra ullam noxam
 celebrari queat? Atque nos intrepide respondemus, quod utiq;
 sic; modo vivendi ratio debita debite observetur, & documen-
 ta diætæ, aliarumq; rerum non naturalium decenter non negli-
 9. gantur. Sed *obstat fortassis Tibi* Spirituum dissipatio, quam non
 exiguam per sudores in hoc lavacro proficisci & ut animo quis
 linquat effici posse pertimescis. *Dicimus*, quod obstaculum hoc sit
 arundineum, quoniam, (de moderato ejus usu loquela autem
 est nobis) dum illud, quod corpus aggravat, sensim educitur,
 facillimè virium restauratio per alimenta postea membris sic leva-
 tis rursus accedit. Adjuvat nos ita sentientes aſtimatoria *Ma-*
gni Hippocratis autoritas *l. de vict. rat. in morb. acut.* dum sic effa-
 tur: *Si præparaciones non fuerint incommoda, & ager balneum sic bene*
suscepturus, lavare tunc quotidie convenit. Illi verò, qui balneo val-
 10. *de delectantur, etiamsi in die bis laverint, planè non peccant.* Rem
 imò esse putamus salvam, modò ad operarios mentem confera-
 mus, quos sudore largo indies quidem calere, & tamen longe va-
 lentiores sanioresque esse, quàm otiosam degentes vitam, depre-
 hendimus. Cautè igitur & tutò ut hic agamus, *de integro resume-*
 11. *re regulas hic attendendas* haud opus opinamur, quum *cap. 4. præce-*
dente multa jam de iis consumserimus verba: Tribus attamen il-
 lam cautelam geminare hic lubet, quæ locum meretur prin-
 cipem. Nempe tum demum feliciter utilisq; membra fovebun-
 tur ac perfundentur Thermis, si purgatorio universali alvus
 rite & sufficienter antè fuerit vacuata, atq; cum primis tali qui-
 dem pharmaco, quod ex intimæ naturæ lineâ quàm proximè
 Thermarum genio est cognatum, puta, ex regno præfertim
 Minerali Prognatum; quæ propter etiam *suprà Acidulas* laudavi-
 mus;

mius, ac pilulas pariter nostras, tam Mercuriales, quam Antimoniales, quarum insignem præstantiam tota familia summum propter emolumentum ab iis ceu tutelariis acceptum testificari possunt. Et expurgatio quidem eapropter est præmittenda, ne scilicet materia peccans, vel delitescens jam in partibus externis vitium à Thermarum adversitate retrò, & intra corpus, hoc est, à circumferentia ad centrum ac viscera nobiliora pellatur, atq; sic negotium aliàs malum pejus deteriusq; cadat, id quod præcipuè poterit contingere in vagâ arthritide, podagrâ, Cheimagrâ, scorbuto, scabie, lue Gallicâ, lepra, & affectibus farinæ hujus aliis. Recitare historias non paucas hic possemus, nisi modum potius, quam multitudinem, esse observandum nobis jam constaret: Quacirco unicuique duntaxat, sed scitu notatq; exemplum dignissimum (quamvis id quidem singulare, non minus tamen naturale etiam) adponere placet, cujus videlicet Josephus, ille curiosus Gestorum Judaicorum Secretarius, L. XVII. c. 8. de Herodis Tyranni illius Περδοκτοῦς morbo his circiter circumstantiis meminuit: Nemesis cruenti hujus Regis fera membra coquebat rapidâ febre atq; torvebat, cujus calor tactu deprehendi non poterat, intus depopulans nihilominus vigorem viscerum indefinenter. Caninâ insuper & dirâ voracitate Tyrannus urgebatur, ut plenis buccis devorare, continud, noctu diuq; cum tremore dentium artuumq; hinc cogere-
tur: Angebatur porro fœda intestinorum exulceratione, & afflictissimam alvum cructibus assiduis colon lancinabat: Tumor improbus improba membra & inguina rodente phlegmate inflabat; scatebant

— toto numerosi corpore vermes,

Et caro semiputris stygios halabat odores:

Angebatur quoq; angustissima spirandi difficultate, & nervi acerbo undiq; torquebantur convulsu. Quid multis? Languebat & decumberebat ille in effabili horrendo ac complicatissimo ægitudinum agmine, nimirum fulmine Indignationis Divinæ ter julto quam gravissimè tactus. Et quamvis incredibilius & ferocius ferox Herodes exerciaretur, quam ut morbo perferendo videretur sufficere, attamen se evasurum non desperans ad Medicorum provocabat auxilia atq; in conquirendis præsidis anxie sollicitus

alra a sanctos Jordanis latices proficiscebatur, ut in Calirrhoe fonte ito in Palestinâ calido & morbis sanandis saluberrimo qui propter vim Medicam potu etiam sunt jucundæ, lavaret: In has igitur calidas aqvas, & postmodum in solum oleo refertum de consilio Medicorum immissus, animam statim agere cepit. Memoratum itaq; hoc ut maximè commemorabile est, Ita non injuria nunc hoc Medicorum decretum in quæstionem à nobis vocatur, an nempe rectè & juxta curandi Methodum Herodi consulerint illi, ut se huic aqvarum calori sic affectus concederet? Nobis sane actutum Artis præcepta didicant, ut omnino à dato hoc consilio refugiamus, facto scilicet caussarum tam naturaliter, quam præter naturam se habentium examine, quod evidentissime inevitabilem perniciem in hac malorum carera exinde subortam probat atq; ostendit; nisi quis in truculenta morborum hostilitate saltem tanquam ejusdem terminum ac finem accelerare satius fortunariusve esse existimet. Caterum ista Medicorum turba imperitiam suam sic manifeste prodidit, erasè videlicet, ignorans, quod vermiculi isti tam visu conspicui quam sub cute & intra musculorum parietes adhuc latentes Thermarum contrarietatem tanquã internecionem suam pensitiscendo omni conatu effugere conentur, atq; refugium suum intra corpus, cordis atrium versus, versusq; principium vitæ sumere cogantur: Unde etiam Herodi lotura hæc eam ipsam ob causam cum vitalium extinctione,

15. extitit tandem infaulta atqve feralis. Ergo nunc *vides*, cur corpus evacuatum & probè repurgatum ante lavationes hæc tam religiose exoptulemus, & cur requisita jugiter alia non susque,

17. deqve habita hic velimus. Nempe evacuationibus rite peractis Thermas usurpant lavando prosperiori cum successu, si *Præstantibus Diaphoreticis ac sudoriferis, seu expellentibus aliis se muniant, atq; diligentè corroborantibus unã jam lavacrum ingressuri sese præservent, v. g. Bezoardico solari Tinct. Bezoardicâ Ampliâ. Dn. D. Joannis Michælis, Collegæ mei conjunctissimi, & Diaphor. & florib. ejus fixatis nostris, cum Rob samb. mixtis, & rite precipitato, Acer. & aliis utroque etiam nostro, C. C. Philosoph. parato: His singulis inquam cavebitur, ne vitiosa materia, si qua post evacuationem in extremâ partium superficie residua est, recurrat ad interiora & præcordia, sed potius via*

vix plene planeqve transpirandi sic recludentur, atqve exhalandi
negorium optatò promovebitur. Neqve sufficit iisdem remediis
paulo ante balnearum uti ingressum, sed post egressum quoqve su-
doriis in lecto ulterius svaviter, quantum vires valent, ciendus,
atqve sic corporis ora ab humorum molestia sunt expediendæ.
Postea pro virium refectione *4. gr. ambra gryf. in ovo forbili*, vel ali-
quot guttula Tinct. s. alius laudabilis solutionis 19. *in vinaria intrita, item*
essent. Cinam. Roris Mar. salvia &c. commodiusculè dantur: His
enim efficaciter prospicitur, ne natura in hoc certamine succum-
bat, atqve ut æger ad sustinendam curæ perfectionem plus ultra va-
leat. Hinc facile iudicium in super facere quis poterit, quid de Ca- 20.
taractis in ipso Carolinarum externo usu sit statuendum, num illa
quandoqve porrigenda? Sciendum igitur hoc in passu suggerimus,
quod purgantia illa, quantum possibile, sint fugienda, ne scilicet Na-
tura contrariis tam oneretur, quam turbetur motibus; Dum etenim
causam temporis in propulsione humorum à partibus inter-
icis ad externas est occupata, assumptione pharmaci purgantis faci-
lime ab intentione suâ revocari potest, ita ut materia peccans per-
peram sic fiat retrograda: & in contrariam rursus cum periculo tra-
hatur viam, evadatqve, præsertim si non lenitiva sed violenta sint
purgantia, notoriè malignior, quæ tamen in extremo corporis li-
mine jam hærens ad evanesendum exsudandumqve erat prom-
tissima. Majorem, inquam, malignitatis gradum in hoc recurso
adipiscitur materia hæc vitiosa; Si enim coctionis primæ vitium, in
secundâ atqve in tertiâ correctionem respuat, quomodo id quæso
emendari poterit, quod per omnia trium coctionum negocia te-
neratum est, & postmodum neqvitia hac instructum medio cir-
culationis retrocedere cogitur. Dubio sine sic malum ingravescet,
& profundius disseminabitur illud. Sed adstrictam alvum *hic nobis* 21.
objices, sive quis illam insitâ naturâ habeat familiarem, sive contin-
gat propter expultricem minus alacrem, quam deijcendi impo-
tentiam caliditas balnei mirè adauget, & multa sic incommoda-
parit: Ideoqve, dices, utiqve purgantibus huic inconvenientiæ suc-
currendum, Atqve non minus rectè quam providè id inferis, & pro-
inde huic etiam conatum tuum distingvendi ope adjuvamus. In
K
pro

- propatulo autem ducimus esse *ex jam p̄missis*, quanam purgantia hic procul arcenda svadeamus, nempe violenta & fortiora; reliqua verò, quæ suaviter laxandi & non tam alvum movendi, quam emolliendi & molliter eam aperiendi facultate pollent, tutò usurpari hic posse pronunciamus. Ad usum igitur transferenemur, & iisdem eam partem proluce, quæ ciborum reddi onera maximè est salubre.
22. Usurpabis quoque commodissimè, si medicamen inferius infundendum averlaris, unam vel alteram de *pilul. nostris* & libus, in quarum commendatione Te non offendat, quod & alias omnium catarcticorum sit fortissimum, adeo ut *ἀνω ἡγῆ νεῖτω* humores potentissimè moveat, quoniam *ex supra. monitis* amplius non ignoras, & hoc nostrum spagyricè preparatum & maximam partem fixarum ita existere, ut damni exinde nihil penitus, sed multum potius utilitatis certò expectandum. Sic enim hæc cataposia insensibiliter ferme alvo compressæ libertatem restitunt, & pituitam jugiter ex massa sanguinea trahendo, affugendoque, dum calore Thermarum ac sudore circulatio sanguinis ex animi sententia promovetur, egregiè suo perfunguntur officio, imprimis quod hunc sanguinis motum ob *junctam aliqualem diaphoreticam* & *ij naturam* hæc Pilulæ planissimè non impediunt. Totiens crede expertis. Cum fructu denique recurre hic etiam ad *Elixir Proprietatis*; item ad *olea quadam temperata*, quæ potissimum nimiam ventriculi atque splenis aciditatis medentur, quæve corporibus sale scorbutico abundantibus & propterea calculo, podagrâ, *marasmusq;* laborantibus, ac contabescentibus singulari virtute auxiliantur; adeo olea hæc acori nimio efficaciter contemperando eum, insigniter resistunt, & exterminant, neque eundem semel sublatum postea tam facile recipiunt, veluti alias olea à suavitate sua in acetosam feritatem tam citò non degenerant. *Amplissimè philosophandi spatium hic quidem se nobis*
24. *sistit, quod tamen alio tempore commodius foris occupabimus.* Tandem utroque, quod dicitur, pollice commendamus etiam adpropriata, & specifica perita manu porrigenda, præsertim si morbi intimius nupserint, quæ alias altiores & penetrantissimas exigere Medicinas solent. Sed *pergendum*, & quid lavacrum ingressuro observandum, hic statim adjiciendum est: **Tempus igitur opportunum**

Sol refurgens præbet, & à vesperis, trium horarum spatio, antequam diem is condat: His namque horis præter clementiam Prohibenter à coctione immunis est, ac eò ad balneum magis idoneus, quò vacans longius. Biretto etiam conscendat imposito lavacrum 26. ne vaporibus repleatur Palladis palatium, neve crines rigidi ab aqua tophacea fiant ac hispidi. Ulterius has quoque dispensamus leges, ne aquis nimium calidis se quispiam immittat, vel immoretur diutius in iis, quam vires ferant: Immoderatus enim calor externus internum innatumque exhaurit & diffiat, unde animi deliquia quam sæpissimè subsequuntur, prout omne violentum & nimium Naturæ nostræ semper est inimicum, & calor externus vehementior elicere statim internum solet, corpusque sic infrigidatum relinquit, *juxta illud Avicennæ testimonium*; quò calidi balnei usum nimis protractum, corpus frige factare asseritur. Et id quoque est; quod *Cælius L. XVI. antiq. Lect. c. 44.* monet, Thermas ferventiores usui esse non posse, nisi quodammodo fervor ille in aperto evanuerit, aut alia ratione e.g. agitatione, vel mixtura frigida intepuerit. Hic pariter conclusu non difficile est, Thermas convenire 28. minus, quando lassæ aliàs corpora Sirius ardor exanimat. Reducentes tandem è balneo frigido Jovi se confestim non exponant, sed potius in hypocaustum, vel lectum se recipiant, ne aer frigidus in poros hiantes se insinuet, & præpostera eorum hinc obstructio propulsionem humoris peccantis temere impediatur; Neque etiam frigidis potionibus aut intritis ex cerevisiâ paratis se adimpleant, cum absque hæsitacione jam pridem notissimum sit, quàm visceribus suo calore destitutis, aut qui cursu vel exercitio alio æstuant, haustus frigidus aut penitus lethalis, aut summè eveniat nocivus. Unde *Divinus Senex l. de vit. rat. in morb. acut.* plane etiam prohibere amavit, ne quis citò post balneum aut sorbeat, aut bibat. Ergo non benigni non audiemus intritas permittentes vinarias, aut confortantia seu analeptica alia propinantes, quorum mentio jam antea est facta. Sed ut arbor ad fructum perducta demum Agricola demum delectat, & Pastor ex foetura gregis sui voluptatem capit, ita Medicus sane tunc artis perfruitur famâ, si medicamen aut non absentem, tuncatur sanitatem, aut sine incertitudine si referat non præsen-

- tem. Hoc ipso encomio egregiè Thermas Carolinas illustrat Medi-
cina, utpote quæ utroque clarent effectu, & hoc clarore lucent tam-
lis, qui sani esse, quam fieri qui tales discipiunt, modo eorum culpâ,
32. qui his insident, istud beneficium non degeneret. Tam admiranda,
inquam & ineffabilis penè non raro Thermarum fuit bonitas, ut
uno consentiendi sensu apud Priscos hæc ipsa Numen roburque
Deorum obtineret, ac proinde inter mera mira effectus hic spe-
ciosus connumeraretur, inque deploratissimis malis ad Thermas
tanquam ad ceram, sincerâque efficaciam certissimam anchoram
confugeretur. Hinc ab Herophilo balnea ista salutare Deorum
manus dicebantur & requies adhuc morborum potentissi-
33. ma passim audiunt. *A minori ad maius ratiocinari nobis jam liceat, ita*
ut lavacra vel vulgaria, & ex illis præsertim Laconica ad testi-
monium hic citentur, quorum usus, si debito moderamine inea-
tur, majori laude est dignus, quam levi ut calamo illa exprimi pos-
sit. Adposite *Pbilostratus* ait: ΓΥΡΑΚ ΑΝΘΡΩΠΩΝΤΑ ΒΑΛΑΝΕΙΑ.
Promittunt annorum multitudinem Balnea, & variis eadem ægri-
tudinibus omnino medicantur. Atque non absone hinc *D. August.*
34. *in lib. confess.* refert βαλανείον sic adpellari, quoniam βαλάνειος αὐτίως
mororem anxietatemque ex animo pellit, profligando scilicet illa ex
corpore obstacula, quæ mentis otium turbant. Non dissentit ipse
35. *Medentum Parens Hippocrates l. de vict. rat. in morb. acut.* dum ita scri-
bit: Balneum multis in morbis opem præsentissimam tulit eò ritè utenti-
bus; convenit autem præcipuè in peripneumonis, utpote quod lateris, pe-
torisque ac dorsi dolorem lenit, sputum facit maturum & educit; spiratio-
nem reddit facilem ac lassitudinem eximit; quoniam articulos & carie
superficiem mollit; sed & lotium ciet, capitis gravitatem solvit, naresque hu-
medat. O quantum fluens de corpore sudor atque hæc balnea bene-
ficium conferunt scabrâ scabie turpatis, quantum infectis ista pes-
simi commatis lue, qua mercede milites suos castra libidinis tan-
dem condignè pensant; imò purgantur sic oppido immundæ con-
tagia lepræ, quod ipsum sacrosancti fatis testantur *Annales in Na-
manno leproso*, cui tale ex natura tota remedium divina suggestit sa-
pientia, licet ad causam hanc secundam roboris divini argumenta
36. quoque accessisse inficias non eamus. *Zacutus Lusitanus passim in*
historiâ

historia Medicina Princip. nuntiat balnea magni valoris esse
in percuranda Hectica, atque hanc ipsam adfectionem succes-
sui respondere nobis pariter verisimile videtur, modò causa hujus
effectus genuina, quæ malè ad humectationem tantum refertur
data fuisset: Ideirco nos eam dabimus provocantes ad salis volatilis
ac Mordacis productionem, quam potenter præstat balneorum.
hæc virtus. Exinde tu collige natales erroris, quo multi per forami- 37.
nulentam cutis superficiem in balneo aquam penetralibus corpo-
ris se insinuare atque hinc egregiam ea nancisci irrigationem exi-
stimarunt, adeo ut hac ratione etiam sitim ipsis sitientibus bal-
nea auferre posse cederent: Unde *P. Clemens Alexandr.* quoque as-
severare non hæsit, corpora nostra quodammodo hæud secus ac
arbores non solum ore, Sed quoque iis, qui sunt in toto corpore,
meatibus (seu poris) inter lavandum bibere, atque hinc siti siccos
in aquas descendendo remedium sitis sic invenire: Quem tamen
effectum nos potius exhalationibus aquarum respirandi viâ
attractis tribuere & absurda alia, quæ massæ sanguineæ hinc con-
tingere possent, præterire volumus. Non sine efficaciâ igitur nunc 38.
subsumimus atque concludimus, ad sanandum aptiores utique exi-
stere aquas animâ minerali ac metallicâ afflatas, principiis
atque virtutibus valentioribus gravidas. *Supra jam denomi-*
nata Thermarum intima te monent, ne perperam hic Temer oppo-
nas, quippe quorum præstabilis nec profana, quia pulchrè salina,
præstantia & præsentia in Thermis Carolinis jam ad satiem proba-
ta atque declarata est. Ast adhuc ut declararetur probeturque illa, tu 39.
um forsitan desiderium est, id quod etiam explere, sed paucis, non
abnuimus. Thermarum nomen videlicet benivolentiam calo-
ris uberrimam statim ostentat, cujus vel solius efficaciâ ingens
bonum promittit, quod alias vix ulla prosperitas largiri valet. Ar-
gvi in rem judicatam jam diu transit, calidum nostrum nativum
mire vel solo calore refocillari, prout quæcunque restauratio a
simili semper est quam facilissima, naturæ amicissima, atque proinde
articulis omnibus bellè conveniens. Et hoc præsupposito supponi-
tur confessim rursus, cunctos à debilitate caloris provenientes ad-
fectus

festus Thermarum medio fomentoqve corrigi, propullari atqve e-
 vinci non difficulter posse. Adeo blandus ille & placidus, æqvus &
 Naturæ affatim amicabile calor cutaneos in balneo referat meatu
 & cum salubri liqvore junctus intercutem squalem, qvemad-
 modum pariter ac Sal illud volatile scorbaticum qve resolvit,
 atqve extrahit, simulqve jam contractas exinde noxas auferre in-
 defesso conatu non desistit. hæc itaqve operatione ipsâ partes cor-
 poris distentæ ac tumentes promptè postmodum subsidunt, nec
 non ulcera *sat maligna rapaciq;*, imo *dyseria seu verè fera & Telebia*,
 factâ sic cortosivi illius salis felici extractione, admirabili successu
 40. sanantur. Deinde quid valeant Therma, illæqve cum primis
 Salina, ac Martiales, & proinde Vitriolata non nihil atqve
 Aërea, sicuti hoc character jam notissimæ sunt Carolina, non est
 verborum ut prodigentiam adhibeamus; sufficit enim si *calescien-*
di, si peccantem ma teriem ad cutis circumferentiam evocandi, evocata
qve expurgandi & ab omnicremento liberandi, item dolores ex frigiditate
natos mitigandi, nervos artuum, & musculorum capita, si à duritie
quadam occupata sint illa, emolliendi, porro partes ab humore nimio reso-
lutas laxatasq; roborandi ac naturalem ad siccitatem tenorem reducendi,
hecur, splenem ac matricem, cum obduruerint, attenuandi, iusta femina-
rum suppressa provocandi, & luxuriantia fræcandi, lapicinem renum ac
visicæ tollendi, aliaq; superfluitates relegandi virtute virtuosissima polle-
 41. re eas edicamus. Matæotechniam aut vanos Medicinæ Canones
 hoc in capite nos haud adposuisse Balneimastix experietur vel ab
 unctis *tinctisq; fuligine cocis*, quibus quotidianum, rancidulam, semi-
 qve putridam carnem, ut gula saporem adferre sit apta, saepe vo-
 lutam probè ac revolutam aquis iterum iterumqve recentibus la-
 vare & per aliquot horas mersare iis, donec unico hoc remedio ef-
 ficiant, ne fætor sic extractus amplius nares corruget, atqve fasti-
 dium moveat. Si itaqve in carne ex animi id fieri potest, occur non
 potius & multo magis in corpore, quod vitalis adhuc vescitur auri
 spiritu? Certe immersiones hæc & ablutiones illæ vivaciorem om-
 nino spondent hinc effectum, ubi nimirum calor natus intrinsecus
 coagendo, & per sudorem undiqve membra mundando sedulo est
 42. jugiter occupatus. Ita enim videmus renellos & lactis alumnos as-
 sidue

fidue lotos optatius augmentum sumere; atqve moletrina affefferes
illa luto amica animantia felicius saginant frequentius ea in flum
men demittendo. Tacemus bestias omnes, quibus insita quâdam
scientia aquarum non ignotus est usus, dum crebro & lubenter eas
ingredi assolent. Tu ad plura hæc conjiciendi momenta ulterius ad
Thermas nostras; & usum earum; illumqve externum, depre
hendes bonâ fide retinentissimum Medicinæ, has mediocritatis
salubritatisqve leges fideliter discipantis, ut ventri bene sit, ut late
ribus pedibusqve non sit male, quo sane beneficio nil

Divitiæ poterunt regales addere majus.

CAPUT VII. ac ULTIMUM.

*Thermarum vigor potens Morborum dormitor, 1. Mos balneandi ad cutis
erosionem usq, 2 propter doloris metum rejicitur à delicatis, 3. Ma
gno cum fructu is tamen celebratur, 4. 9. Temporis electio circa hoc
negotium. 5. Modus erodendi sic cutem, 6. Regula aliæ hic observan
da, 7. Erosto hæc à subfrigida, non verò calidâ aquâ provocatur, &
cur? 8. Acerba nonnihil hæc curandi methodus quidem, fructus au
tem est dulcissimus. 10. In Putcolano tractu tot efficaces aquæ, quos
fermè morbi; Schedulis affixis virtutes earum designabantur, 11. Hæc
ex avaritiâ Medici quidam detraxerunt, 12. Sed non impune, 13.
Medicus invidius communi odio dignus, 14. Avaritia in Medico ra
xatur, 15. Invidia Medicina perniciosissima, 16. Fidelis & sincerus
omnis sit Medicus, 17. Artis suæ incrementum unice meditetur, 18. de
quâ cum primis benemeretur Chymicus, 19. Chymicæ encomia, 20;
Epilogus ad Fautores & osiores, 21.*

Raptim hæc quasi paginâ nunc fruisce & verba compescere
convenit, quum abunde satis curvo hæcenus rectum di
gnoverimus. Hæc terræ munera nempe & hoc telluris ro
bur ita devenerati sumus, ut vitæ gladium (*Helmontius
morbum sic nuncupat*) pene quemcunqve, Deo clementer largiente,
feliciter confringere liceat. Sed diludia jam jam postulaturn id sane
omittendum minime hic censemus, quod circa Thermarum non
infrequens est balnea, dum ad cutis erosionem usqve iis non
pauci

3. pauci consueverunt uti. Attamen hunc ipsum nisi somnians balneandi ritum quibus cuticula curæ est, & sententia quibus delicatior placet, maximopere detestantur, utpote quod medendi genus ali-
4. qua crudelitatis famam non carere existimant. Verum neq̄ aliter pronuntiauerint illi, modo intelligerent, quantum impetrare boni exinde ad seruandum sanitatis bonum daretur. Ergo dicimus, neminem se incassum per Thermas deglubere, quoniam hoc medio multum salis, multum serosi & mordacis, multumq̄ve pituitosi viscosi ac pertinacis effluit educiturq̄ve humoris, qui alias infensissimos articulis inferre cruciatus, & nervos musculosq̄e convulsivam afficere miseria, aut glutinosa substantia sua quæ nudo sudore tam facile non propellitur, nisi poris ex asse apertis, obstruendo
5. partes orbare motu suo est aptissimus. Cuticulam sic depascendirationem admodum esse proficuum jam patet, idcirco tempus designandum nunc restat una cum circumstantiis cæteris. Illud
6. mox antedecessum est Thermis hæc est adprehendendum; Modus vero profionem hanc procurandi poscit, ut cotidie spatio sex circiter horarum balneo non calido, sed sub frigido seu tepido intentionem hanc suscepturi utantur, donec decorticatio sufficiens cum pruritu ac pustulis succedat, & efflorescere denuo epidermis incipiat. Porro & hoc animadvertendum, durante hac exoriatione in lecto sudori utiq̄e indulgendum esse, ut salis, serosi ac glutinosi humores isti in vasis externis & musculorum carne contenti eo melius citiusq̄e & minori cum molestia excerni queant; sicuti pariter à *cathartico & potu Thermarum*, si forte quispiam hoc absyrde delectetur, tum temporis toto animo est abstinendum, vitiosa ne materia perperam revocetur, *recte sic portante Hildano p. m. 651. De Clysteribus tamen & lenitivis, nec non de pilulis nostris & alibus id neutiquam accipiendum est, si quidem illa naturæ ausus planissime non turbent, hæ vero quam impense profint, ob junctam quoq̄e diaphoreticam indolem, quæ ad repurgationem suspecti sanguinis egregiè juxtim conferre valent. Quid multis? Medico præsentihæc omnia incumbunt accuratius providenda, qui tum demum peritiosissimi titulum meretur, exactè si noverit, quid natura amet,*
7. aut quid respuat illa. Verum presentissimus omnino curiositatem ad scilicet.

ad sciendum te impellere ulterius, quoniam fiat, quod thermæ
tepefactæ aut frigidæ hanc cutim erodendi vim dumtaxat
habeant, non vero calidæ, utpote quæ potius erosionem jam
præsentem consolidare valent? Quæstio hæc ut reverâ scitu perdi-
gna ac curiosa est, ita & brevibus decidere eam conatu omni anni-
temur. Non igitur obstat, sive Thermales aquæ ferveant, sive tepe-
ant, sive etiam frigeant, unas & easdem semper existeri illas, ac
proinde uno eodemque pariter effectu pollere nullo non tempore
istas debere; Sed aliud subest, quod in hæc ipsa actione diligenter est
observandum. Id nempe est hujus effectus in hoc capite caput; Ca-
lens balneum semper sudorem è corpore provocat, cujus assiduus
effluxus Thermarum in poros influxum manifestè sic impedit.
Ast usus balnei subfrigidi sudorem potius facit cessare, quo cessan-
te, Thermalis aqua libere agit, atque sine impedimento ita agendo
in poros corporis penetrat, penetrata toto balnei tempore ibi per-
severat, suaque salina acredine, ac corrodentè vi primò dolorem
quendam progignit, quem postea statim salis ferrosique humores
adfluendo excipiunt, indubitati exulcerationis hujus compadres.
De summa autem erosionis istiusmodi utilitate adhuc qui dubitat, 9.
is consideret saltim exantlatos scabiei labores, morbillorum quo-
que ac variolarum exanthemata, & nostræ opinionis non difficul-
ter se scribet, quoniam solidâ sanitate sic repurgatos & ex funda-
mento defœcatos impofterum gaudere fida experientia docet.
Amaritie quædam hæc curandi methodus quidem non destituitur, 10.
attamen paulo post dulcissimus integræ exoptatæque hinc valetu-
dinis fructus illam penitus ex animo delet, prout lana sordidissi-
mis antea squaloribus inquinanda est, antequam purpuræ fulgor
eam imbuat; ut nec aquila prius agnoscat fœtum, quàm agnoscere,
dubitaverit; sic & illis cedit in fructum acceptissimum molestiâ
quædam fuisse prius adfectos. Verum enim verò ultimam manum 11.
opusculo huic jam jam imposturos non tædet *historiam* h. c. recen-
sere, quæ aquarum remedia in *Puteolano tractu* concernit, quarum
tot natura ibi constituit, quot morborum generibus affliguntur
mortales: Atque hisce singulis Medicatis fontibus affixas fuisse
schedulas olim crediderunt, quæ virtutes eorum, & quæ ratione es-



- sent usurpandi, a deo fideliter recteque significant, ut plebecula
neglectis plane Medicorum consiliis ad aquas modò concurreret,
& ex schedularum præscripto sanitatem sine impensa ulla brevi sic
 2. manu sibi compararet. Hinc *Medici quidam Salernitani* in Naturæ
benificentiam invidi & foetidum lucrato commodo publico præ-
ponentes, conscensâ cymbula transmittere Pureolos & schedulas
omnes, ne gratuita hæc Naturæ Medicina impofterum uti populus
calleret, detrahere nullam penitus religionem putarunt. Sed & e-
 3. ventum audi. Deus in facinus improbum iuxta severitate acer ad
vindictam Oceani furorem armavit, & scapham una cum veſtori-
bus fluctu decumano oppressit. Verum adeo est, quod dicitur, qui
miseris (ægrotiſque) invident, neceſſum eſſe, ut ipsi ſint miſerrimi;
quemadmodum etiam iſtos medicos miſeram animi ſui pauperi-
em non ſentientes miſerrimos irata Tethys non injuria reddidit,
 4. O quam alienum hoc exemplum eſt à Medicorum nomine, quod
eſſe omni ex parte gratioſum & blandulam. Charitum trigam ſpi-
rare ex requiſito debet. Dedecorant ſane Medicum invidendi con-
ſilia vehementiſſime & quorumvis odio digniſſimum peſtilens
hujus vitii amor eum efficit. Inſidus eſt invidus Medicus & omni
fide incertiſſimus. Abſit hoc ergo impiæ atque injuſtæ nefas in-
vidiæ à Cordato Medico, qui officioſiſſimas manus ad omnia ægris
profutura tenetur potius promittere. *ὄβριον αὐτοῖς χείρες πικρῶ-
 5. χότες.* Sic & multò magis profecto graviſſima Medico infamia eſt,
ſecundam valetudinem invidere aliis, & eo ad laborare, ut aut æ-
greſcant homines, aut ægritudo eorum ingraveſcat, veluti id *Phile-
mon* hujus larvæ *Medicis invidis avariis*, lepide objicit & ſubſannat:

— O quam ſeſe habet

Medicus male omnis nemo ſi male ſeſe habet.

6. Multa de multifario invidiæ in Medica ſchola exercitio adduci
hic poſſent, dum aut ſemetipſos invicem non ſine ſcandalo ro-
dunt, aut peſſimè præſtant, ut, quemadmodum invidia morbus ami-
citiæ eſt pernicioſiſſimus, ita & hac ipſa nõ levis rubigo eminentiſ-
ſimæ Medicinæ accedat, tam cum præſentiſſimo Artis decremen-
to, quam maniſeſto pariter ægrorum cum detrimento aut interitu.
 7. Ideoque ut Auguſta Medicinæ gloria ſanæ poſteritati poſſit inte-
merata ac infulgens tradi, animum mente ſincera gerant hujus ar-
tificii

ificii Myſtæ, album clientibus ſuis oſtendant pectus, & ab inas-
ſveto quaſi candore celeberrimos ſe reddant. Fidem fidelitatis &
hinnocentatis undiqve ſibi diligenter faciãnt, ſtudeantqve ne in cur-
rando ægro ipſis fuerit circumſpectior ac diligentior alter. Sic nu- 18.
da placeat virtus, & ſcientia Medica ſic vigeat, ut ſummum *inter e-
jus cultores* quoqve ſit certamen, ne quid profuturum hic diu deli-
teſcat. Cur quaſo omnium herbarum ſuccos diligentiffimè expres-
ſit *Democritus*? Certè commodi cauſa publici, & ita etiam *is ipſe*, ne
lapidum virgultorumqve vis lateret abſcondita, ætatem inter ex-
perimenta conſumſit. Crede Tu nobis, *Chariffime Lector*, Nihil tam
certum in Medicinã eſſe, quam negotio illuſtrandi Artem multa-
rum difficultatum nebulas efficaciffimè diſcurti; Adeo nihil hic eſt, 19.
quod non expugnet pertinacior opera, & intenta exqve *Spagyrico-
rum* cum primis nata cerebro cura, in quam non humiles cauſæ ſed
prægnantiſſimus ſcopus nos vocat, & tuendæ aut reſtaurandæ ſani-
tatis præcepta bonos Medicos etiam in actu, *ut ſic dicam*, mori reli-
gioſè imperant. Urget ſanitatis ſcilicet nobilitas, hujus ut cauſa o-
mnem ſpeculando, quærendo, inqvirendo, ad inveniendõ, ad plican-
doqve moveamus lapidem, ut inquam ad procurandũ divinum
hoc commodũ obſtantia clauſtra animo ſe rumpamus, & liberta-
tem veritatemqve metallis potiorem in negotio hoc præſtantiſſi-
mo reputemus. Chymia noſter eſt amor, & tuum non diſſimiliter 20.
ea ſit deliciũ. Medicinæ gloria eſt Chymia, gaudiũqve Noſo-
comii: roſa Medentũ, liliumqve Artis eſt illa: Pulchræ virtutis u-
va delicata & prim: Gratioſorum gratia, veneranda eſt Chymia.
Hæc hæc eſt, quæ navim Medicinæ ab omnibus argutiãrum ſale-
bris avertit, & velificationem cunctam ad exoptatæ intentionis
portum dirigit. Hanc ipſam qui ſequitur *Medicine conſecratus* ut
Theſeium filium, tutus in omnibus labyrinthis eſt eritqve ab erro-
rum periculo. Hac lucente ſplendidiũs fulget Medicina, & fulgen-
tius ipſa naturalium ſcientiæ ſplendet. Atqve ſic hæc tenus fortalle 21.
monſtravimus, quid diſtent æra lupinis; Tu vero ſi benivolentiam
ex adverſo nobis commonſtraveris, ad votum nos veniſſe omninõ
judicabimus: Quidquid tamen tu ſenties, *Theon*, aut quidquid te-
mere carpes, animus noſter nihilominus ſe non effugiet, & verita-
tis viam premere numquam intermittet. Interim cenſendi ſincerita-

cas tibi si deficit, non deficit vates nos bono animo esse jubens,
dum ait:

Sincerum est nisi vas, quodcumq; infundis, acescit:

Et proinde tenui nobis sunt cenlu omnes Zoili, qui ve limo hæc
nostra oculo limabunt. *Lectori tandem Secundo omnia adpreca-*
mur secunda, Patrono; q; nostros egregie ut habere, ita lividos
non amplius desipere mentis jubemus.

LAUS ET GLORIA IN EXCELSIS
DEO SANCTISSIMO.

A. & Ω.

Christianus Lange, Luccensis, Medicinæ Doctor.

καὶ ἀνάγε.

CORNELIUS CELSUS rediit in Hoc, magnas accendit

☉) (* * *) (☉)

Qui multa scripsit, imò longe plurima,
Cultu & nitore singularis in stylo,
Medicorum, ut ajunt, Cicero & Hippocrates Lat I,
CELSUS, ruina est artium extinctus propè
Multis abhinc jam seculorum circulis.
Sed quid queror! CORNELIUS CELSUS rediit
In hocce jam nunc LANGIO Clarissimo,
Qui luce magnas dudum & accendit faces
Et cum Jehovæ Gratia accendet diu.

De quo gratulab. Dno. Patrono suo

M. Johannes Srenzel.

F I N I S.

LITERIS BAUCHIANIS.

☉) (O) (☉)



ubens,


no hæc
preca-
idos


stor,

ndit

tl,

ngel.





Sc
P